



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Sponsalia Et Matrimonium

Schmalzgrueber, Franz

Ingolstadii, 1726

Titulus II. De Desponsatione Impuberum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75229](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75229)



PARS II.

De Impedimentis, respicientibus consensum, ad Sponsalium, & Matrimonij Contractus requisitum.

Post explicatam Sponsalium, & Matrimonij naturam, Legislator noster nos manducit ad horum Impedimenta, quæ duplicis maximè sunt generis: nam aliqua consensum respiciunt, quem vel omnino tollunt, vel efficiunt, ut non sit legitimus; alia contrahentium ipsorum personas afficiunt, easque ad Matrimonij, & Sponsalium contractus inhabilitant. Ex primi generis Impedimentis, quæ hac Parte Secunda examinabuntur, primum est *Ætas* ad ineunda Sponsalia, vel Matrimonium insufficientis. Alterum *Claudeſinitas*, quæ legitimum con-

sensum Jure positivo tollit. Tertium *Ligamen* prius contractorum Sponsalium, aut Matrimonij, quo stante, nova Sponsalia, vel Matrimonium iniri nequeunt. Quartum *Conditio*, quæ si impleta non sit, consensum in Sponsalia, vel Matrimonium in suspenſo retinet. Quintum *Solenne Votum*, quo cùm quis ligetur DEO, obligare se homini per Matrimonium amplius nequit. Sextum *Crimen Adulterij*, & Homicidij, cujus reos SS. Canones à Matrimonij contractu in casibus quibusdam prohibent,

TITULUS II.

De Desponsatione Impuberum.

IN hoc Titulo Impedimentum *Ætatis* proponitur. Tria in illo tractari solent. 1. Quænam *Ætas* requiratur ad Sponsalia? 2. Quæ requiratur ad Matrimonium contra-

hendum? 3. An ad Sponsalia, & Matrimonium contractum à Liberis requiratur etiam Parentum consensus?

§. I.

De Ætate requisita ad Sponsalia de futuro.

S U M M A R I U M.

1. Ad sponsalia de futuro requiritur septennium.
2. Tam in mare, quam in femina.
3. Antè contracta regulariter sunt invalida.
4. Jure naturali.
5. Nisi contrahens usum rationis adeptus illa ratificaverit.
6. 7. Si tamen alter contrahentium sit pubes, respectu ipsius habent vim simplicis promissionis.
8. Si malitia etatem prevenias, valent sponsalia, etiam ante septennium inita.
9. An valeant etiam Jure positivo? Rationes dubitandi.
10. 11. Defenditur sententia affirmans.
12. Rationes dubitandi solvuntur.
13. 14. 15. An valeant sponsalia, in quacumque etate usus rationis acceleretur?
16. 17. 18. Qualis eo casu requiratur discretio?
19. An casu, quo malitia etatem non prevenit, septennium debeat esse completum physice?
20. Rationes dubitandi.
21. Si

R. P. Schmalzgrueber L. W.

21. Si

21. Statut pro parte affirmante.
22. Solvantur Argumenta opposita.
23. An eo casu debeat etiam esse completa dies ultima?
24. Respondetur debere septennium esse completum de momento ad momentum.
25. Diluitur argumentum oppositum.
26. 27. 28. 29. An, & qualiter resilire liceat à sponsalibus, contractis tempore impubertatis?
30. An casu, quo impubes factus pubes à sponsalibus resilit, cum his etiam solvatur impedimentum publicæ Honestatis?
31. 32. Quando resilire pubertatem adeptus debeat?
33. An causâ indigeat?

34. An ad sponsalia ita contracta ratificanda sufficiat, si pubertatem adeptus taceat?
35. 36. 37. Quid si resilit ante pubertatem, & postea non recordetur amplius post illam?
38. An resilire post pubertatem debeat hoc demonstrare signo aliquo externo?
39. 40. 41. An Sponsalia Impuberum ita confirmari Juramento possint, ut inde resilire etiam pubertatem adepti nequeant?
42. An quibusvis impuberibus prohibitum sit resilire à sponsalibus juratis?
43. Resolvitur prohiberi solis pubertati proximos.
44. Quinam censeantur pubertati proximi?

QUÆRITUR I. QUAM ÆTAS REQUIRATUR ad sponsalia de futuro? *Re.* requiri septennium. Ita clarè habetur *c. litteras 4. c. accessit 5. c. ad dissolvendum 13. b. tit. & c. un. eod. in 6.* Juri Canonico concordat Jus Civile. *l. in sponsalibus 14. ff. de sponsal. ubi Modestinus in fine dicit, valitura Sponsalia, si modo id fieri ab utraque persona intelligatur: & explicat addendo: id est, si non sint minores, quam septem annis.* Ratio est, quia Contractus Sponsalium est actus humanus, qui proinde usum rationis exigit; hic autem communiter incipit circa septennium juxta S. Thom. *in 4. dist. 27. q. 2. art. 2.* quem omnes sequuntur.

Proceditque hoc tam in mare, quam in fœmina; nam quamvis, ut *infra* dicam, ad contrahendum Matrimonium major requiratur ætas in mare, quam in fœmina, tamen respectu Sponsalium eadem in utroque sufficit: cujus ratio est; quia ad Sponsalia sufficit usus rationis, qui eodem tempore solet advenire viris, & fœminis. *Sanch. l. 1. de Matrim. D. 16. n. 2. Barbof. in c. 4. b. tit. n. 3. Wagnereck, in c. 2. V. etatem. not. 1. Passerin. in c. un. eod. in 6. n. 3. Vallens. hic n. 1. Schambog. n. 2.*

Ex quo sequitur, si alteruter, vel alter contrahens minor septennio sit, nec malitia ætatem suppleat, Sponsalia ab ipsis contracta fore invalida, ob defectum consensûs, cujus dandi ante eam ætatem regulariter sunt incapaces. Imò invalida erunt etiam contracta post septennium, si in contrahentibus, vel uno illorum etiam post illam ætatem rationis usus adhuc deficiat. Atque ita intelligitur *l. in sponsalibus cit.* dum ait, *in sponsalibus contrahendis ætatem contrahentium definitam non esse, ut in Matrimonijs;* nam in Matrimonio, alio impedimento cessante, semper sufficit ætas præscripta Jure, in Sponsalibus autem non semper, quòd sæpe etiam septennio completo usus rationis deficiat. *Gloss. ibid. in fin. Goffred. Summ. b. tit. n. 3. Sanch. D. 16. cit. n. 3.*

QUÆRITUR 2. Quo Jure irrita sint Sponsalia contracta à minore septennio? *Re.* Re-

gulariter irrita sunt Jure naturali. Ratio est, quia valor Sponsalium pendet ex usu rationis, qui, ut dixi, ante septennium regulariter non est præsens. *Et hoc verum est*, etiam si sponsalia loco liberorum contraxerint Parentes *c. un. b. tit. in 6.* quia ad ea contrahenda requiritur consensus personarum ipsorum contrahentium. *Proceditque* istud non tantum, quando uterque contrahentium adhuc est minor septennio, sed etiam, quando unus tantum, alter verò major, & pubes; nam nec iste obligatur hujusmodi Sponsalibus, ut rectè notant Zabarell. *in c. de illis 7. b. tit. n. 2. Vallens. hic n. 4. Honor. n. 6. Schambog. n. 2. Wiestner. n. 9.* Ratio est, quia Sponsalia sunt promissio mutua, igitur si illa ob defectum ætatis sunt irrita ex una parte, etiam non obligabunt ex altera.

Excipitur, si postea, cum utraque pars justam ætatem adepta fuerit, contractum hunc suum ratificaverint vel expressè, puta verbis, scripto, nutu, aut alijs signis, vel tacite v. g. alteri cohabitando, munera mittendo, vel alia faciendo, quæ Sponsi ad invicem solent; tunc enim Sponsalia sic inita convalescent, ut notat *Gloss. in c. litteras 4. V. placere b. tit. Sanch. D. 16. cit. n. 5. & 6. Barbof. in c. 4. cit. n. 2. Vivian. ibid. 4. vel minore, & in c. duo pueri 12. eod. pr. Passerin. in c. un. eod. in 6. n. 12. Vallens. hic n. 3. Honor. n. 6. Engl. §. 1. n. 6. & 7. Pirh. n. 11. Schambog. n. 6. Wiestner n. 9. & sumitur ex c. litteras cit. c. accessit 5. & c. un. pr. & porro b. tit. in 6.* Ad quod tamen duo requiruntur, ut bene advertit *Sanch. n. 7.* cum alijs. Primum est, ut contrahentes notitiam habeant Sponsalium tempore infantie initorum; ubi enim ea ignorantur, nullus consensus reperiri potest, cum nihil sit volitum, nisi præcognitum. Alterum, ut nôrint sponsalia illa, tempore infantie celebrata, fuisse nulla; si enim ex errore, quo putabant esse valida, ea ratificent, nihil agunt, cum error consensum tollat *l. si per errorem 15. ff. de Jurisdic.*

Dubi.

Dubatur, an promissio Matrimonij, à pubere infanti facta, antequam ab isto rationis usum adepto ratificetur, valeat saltem in vim simplicis promissionis, ita, ut à promittente ante acceptationem ejus revocari nequeat? Negativam videtur tenere Card. in c. de illis 7. b. tit. & Ratio dubitandi est, quia regulariter quæcunque promissio, seu donatio ante acceptationem non obligat, & revocabilis est, atqui promissio Matrimonij infanti facta ob hujus incapacitatem acceptari nequit, igitur neque ex parte promittentis obligat: atque hoc colore Carolus IX. Rex Galliarum Margaretham Maximiliani II. Cesaris Filiam repudiavit, eò quòd, cum illi desponderetur, quartum ætatis annum nondum egressa esset.

Sed melius affirmativam tuerentur D. Anton. p. 2. tit. 1. c. 18. ante §. 1. Decius conf. 245. n. 2. Sylvest. V. Sponsalia q. 2. dist. 2. fin. Tabien. ibid. q. 4. §. 5. Armill. n. 4. Barth. à Ledem. dub. 11. de Matr. concl. 4. Rodrig. tom. 1. Sum. c. 245. n. 7. edit. 2. Sanch. l. 1. de Matr. D. 16. n. 15. §. 25. König hic n. 13. ob rationem oppositam; quia promissio infanti facta in hujus favorem ex speciali Juris privilegio non exigit acceptationem, sive Matrimonium, sive alia res eidem promittatur arg. l. jubemus 5. c. de emancip. liberor. ubi decernitur emancipationem respectu infantis fieri posse, licet ea ex genere suo aliàs fieri absque emancipati consensu nequeat. Et certe cum promittens infantis incapacitatem ad consensum perfectam habeat, non potest expectare ejus acceptationem, aut repromissionem, nec censendus est se tantum obligare voluisse sub conditione, si velis, si acceptes, vel si repromittas, prout fieri inter adultos solet.

Queritur 3. An si usus rationis septennium antevertat, Sponsalia, ante istud impletum inita, subsistant? Certum est subsistere saltem de Jure naturali; quia hoc Jure ad Sponsalia plus non requiritur, quam consensus. Iste autem in eo, qui usum rationis habet, non deficit l. sufficit 4. & l. in Sponsalibus 14. ff. de Sponsal. Joan. Andr. in c. Juvenis 3. de sponsal. n. 9. Alex. de Nevo ibid. n. 10. Schambog. hic n. 7. Wiestner ibid. n. 7.

Dubium est, an si malitia, seu potius prudentia præveniat ætatem, & usus rationis adit ante septennium, Sponsalia à nondum septenni contracta sint valida etiam Jure positivo? Negant Abb. in c. Juvenis 3. de Sponsal. n. 5. Rosell. V. impedimentum. Imped. 13. n. 9. Angel. V. Sponsalia n. 5. & V. Matrimonium 3. imped. 14. n. 2. Brunell. de Sponsal. concl. 4. n. 5. Alex. Carer. de Sponsal. l. 1. c. 7. Pal. tr. 28. D. 1. p. 6. n. 8. Fachin. l. 3. contr. c. 26. Harpprecht ad pr. inst. de Nupt. n. 10. Honor. tit. de Sponsal. n. 3. Sannig. ibid. c. 1. n. 7. Engl. hic R. P. Schmalzgrueber L. IV.

§. 1. n. 2. König ibid. n. 5. §. sed vercor. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. & Matr. 6. 2. n. 19. Fundantur 1. textibus c. litteras 4. c. accessit 5. c. ad dissolvendum 13. b. tit. ubi generaliter Sponsalia ante septennium inita habentur pro nullis. 2. Modestinus l. in Sponsalibus 14. de Sponsal. cum dixisset Sponsalia posse contrahi ab impuberibus, expressè addidit, Si non sint minores, quam septem annis. igitur agnovit septennium requiri. 3. Est Juris maxima, quòd ubi Jus certam ætatem præscribit, non possit ea per malitiam, aut præcox judicium suppleri, ut patet in Professione Religiosa, ad quam requiritur 16. ætatis annus completus, in factione Testamenti, cujus condendi incapaces sunt 14. annis minores, quantumcunque judicio polleant. 4. Leges in præsumptione generali fundatæ obligant semper, & pro semper, esto, præsumptio cessare videatur in casu particulari. 5. Si subsisterent Sponsalia inita ante septennium, frustra septennium præscriberetur à Jure; nam præsentente usu rationis valeret ante illud contracta, eo absente irrita forent etiam post illud inita. debet autem designatio septennij habere effectum aliquem, ergo &c.

Sed communior, & probabilior est **10** sententia, quòd eo casu Sponsalia à nondum septenni contracta, etiam Jure positivo sint valida. Ita S. Thom. in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 18. pr. Joan. Andr. in c. Juvenis 3. de Sponsal. n. 9. Alex. de Nevo ibid. n. 19. Tabien. V. Sponsalia q. 4. n. 5. Armill. ibid. n. 4. Sylv. q. 2. dist. 2. Covar. p. 1. de Sponsal. c. 2. n. 10. Guier. de Matr. c. 2. n. 8. fin. & præ ipuè n. 10. Sanch. l. 1. de Matr. D. 16. n. 9. Tanner. de Matr. q. 1. D. 2. Conik de Sacram. D. 21. n. 52. Rebell. de oblig. Just. l. 4. q. 5. Pont. l. 2. de Matrim. c. 12. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 16. Antonell. de temp. Legal. l. 2. c. 4. n. 1. 4. §. 9. Fagnan. in c. ubi non est 2. b. tit. n. 5. Gonz. in c. 5. eod. n. 4. Wagnerck in c. 6. §. si autem not. 3. Barbof. in c. 9. n. 3. Passerin. in c. un. eod. in 6. n. 5. Wex. Ariadn. p. 5. tr. 2. §. 3. n. 5. Ilfing. tr. 6. D. 9. n. 11. Vallent. hic n. 5. Pith. n. 12. Schambog. n. 7. Wiestner n. 14. Reifensstuel n. 14. & alij præcipui nominis TT. & Canonistæ plerique.

Ostenditur **11** i. ex c. Juvenis 3. de Sponsal. ubi Juvenis, qui post Sponsalia, cum puella nondum septenni contracta, confobrinam illius duxit, jubetur ab hac separari ob impedimentum publicæ Honestatis ortum ex primis Sponsalibus. Igitur valida fuerunt illa Sponsalia, & eo casu censeri debet defectus ætatis fuisse suppletus malitia præveniente; non Impedimentum publicæ Honestatis ex Sponsalibus ob defectum consensûs irritis neque ante Trid. oriebatur. 2. In Matrimonio malitia ætatem supplet, ut infra dicitur. Igitur etiam

in Sponsalibus. Patet. *Conf.* quia de Sponsalibus, cum sint via, & dispositio ad Matrimonium, quando eadem est ratio, idem dispositum censetur, quod à Jure dispositum est de Matrimonio l. oratio 16. ff. de Sponsal. est autem eadem ratio; nam malitia in Matrimonio idem ætatem supplet, quia præter discretionem potentia generandi aliquando antevertit ætatem à Jure præscriptam pro Matrimonio. atqui aliquando etiam usus rationis prævertit ætatem præscriptam pro Sponsalibus. ergo etiam in his defectum ætatis supplebit malitia. 3. Huic sententiæ ex una parte certò adstipulatur Jus naturæ, ad hunc contractum plus non requirens, quàm debitum rationis usum, ut omnes fatentur; ex altera verò parte Jure positivo clarè non est decisum, quòd universaliter ætas septem annorum pro Sponsalibus validè ineundis requiratur, cum plurimi, & gravissimi DD. velint, illam ætatem solummodo assignatam ex præsumptione, quòd usus rationis eandem non soleat prævenire. Igitur, ut Jus positivum concordetur cum Jure naturali, quod semper in casu dubij faciendum est, dici debet, quòd neque Jus positivum Sponsalia ante septennium inita irritet, si ætatem illam usus rationis præveniat.

Neque obstant Argumenta allata in contrarium. Ad 1. Ideo solum à Jure pro Sponsalibus certa definita ætas est, quia præsumitur usus rationis in puero septenni, non verò ante eam ætatem, nisi contrarium manifestè appareat. Ad 2. Verba illa, *si non sint minores, quàm septem annis*, ita intelligi debent, ut non evertant prima, quibus Modestinus in l. cit. dixit, ætatem pro Sponsalibus non esse ita definitam, sicut in Matrimonio, atqui si determinatè JCrus requiret septennium, verba ista per dictam clausulam clarè everterentur; nam vera esset opposita propositio, *Ætas pro Sponsalibus est definita*. Igitur dicendum ea Lege solummodo intendi, quòd ordinariè ante septimum annum non præsumatur adesse rationis usus, & sic ex ratione naturali Sponsalia in ea ætate inita sint invalida. Ad 3. Maxima illa Juris solum procedit, quando à Jure præscriptum est tempus certum absolute, & independentè à præscriptione quadam, aut suppositione certæ conditionis variabilis: secus, si dependentè à tali conditione; tunc enim pro variatione conditionis etiam tempus à Jure præscriptum mutatur. Fateri istud coguntur ipsi Adversarij in casu Matrimonij, pro quo licet ordinariè præfixum sit tempus pubertatis, quia tamen id statutum est ex præsumptione, quòd tunc primum adsit potentia generandi, hoc ipso præventioni locus est, cum sæpe potentia ista ante tempus pubertatis à Jure præscriptum adveniat: quare pari modo de Sponsalibus cum proportione

idem dicendum erit. Ad 4. Similis præsumptio antiquitus dabatur, quòd Sponsalia de futuro transferent in Matrimonium per carnalem copulam cum Sponsa subsecutam c. is qui 30. de Sponsal. ex quo tamen nemo rectè infert, tale Matrimonium etiam tunc valuisse, quando copula habita est reipsa non maritali, sed fornicario affectu: nempe saltem in foro conscientie interno præsumptio debet cedere veritati; imò si de hac liquidè constet, etiam in foro externo, nisi constet, quòd occasione talis præsumptionis Jus voluerit absolute aliquid statuere, sicut statuit, quando Tridentinum annullavit Matrimonium clandestinum. Ad 5. Non frustra à Jure præscribitur septennium; nam usus hujus designationis est, ut quando dubium est, an contrahens Sponsalia in illa ritè consenserit, præsumatur rite consensisse, & conf. Sponsalia esse valida, si fuerit septenni major, invalida verò, si minor.

Quæritur 4. An valeant Sponsalia, in quacunque ætate malitia ætatem præveniat, & quocunque modo, ordinario, vel extraordinario per miraculum, & longè ante septennium? Negant aliqui, & putant contrahentem Sponsalia, ut valida ista sint, debere esse septennio proximum, qui tamen in hoc, quando aliquis dicatur esse septennio proximus, non conveniunt; nam aliqui cum Innoc. in c. Juvenis 3. de Sponsal. pr. Joan. Andr. ibid. n. 9. Anton. de Bur. n. 6. Anchar. n. 4. Præposit. n. 7. id contingere asserunt, quando deficit semestre; alij verò cum D. Thom. D. Antonin. Turrecr. Sor. Lud. Lopez, Henriquez, Perez putant hoc Judicis arbitrio relinquendum. Fundamenta Sententiæ hæc nititur duplici. Primum est, quia Jus septennium completum præscripsit ideo, ut illud exigatur, vel saltem, ut moraliter possit dici completum. ita autem completum censetur, quando contrahens est septennio proximus. 2. In Matrimonio non sufficit, ut potentia generandi præveniat ætatem, sed præterea opus est, ut adsit discretio, & prudentia requisita ad conjugalem consensum, ut constat ex c. fin. h. tit. ubi hæc malitia nuncupatur prudentia, igitur similiter in Sponsalibus non satis erit usus rationis quicunque, sed requiratur talis, qualis septennio, vel proxime advenit.

Sed dicendum, probabilius validat esse Sponsalia, in quacunque ætate contracta, si via vel ordinariâ, vel extraordinariâ per miraculum usus rationis acceleretur. Ita Alex. de Nevo in c. Juvenis cit. n. 19. ubi ait, si constet de prudentia pueri sexto ætatis anno, valere Sponsalia: & Ant. Gabr. tom. 2. com. l. 17. fol. 312. v. Sponsalia, ubi dicit esse communem sententiam, valere Sponsalia quadriennio contracta, si adsit rationis usus. Consentit Sanch. l. 1. de Matr. D. 16. n. 14. cum alijs, quos refert Petr. de Ledesma, de Matr. q. 42. art. 2. dub. 2. ubi

ubi fatetur sententiam istam esse probabilem, licet ipse contrarium teneat. Ratio est, quia septennium non præscribitur, quasi id necessarium sit, sed quia Jus præsumit ea ætate advenire rationis usum, ut dictum est n. 12. ergo si quacunque ætate ante septennium usus rationis adveniat, erunt vera Sponsalia; non enim major est ratio de proximis septennio, quam de multo minoribus, si eodem usu rationis gaudeant.

Neque aliud probant Argumenta opposita. Ad 1. Negatur Ant. sed ideo id factum est, quia communiter tunc advenit rationis usus. Ad 2. Dispar est ratio; nam Matrimonium semel contractum est insolubile, & ideo, ut valide contrahatur, ultra potentiam generandi requiritur prudentia, & discretio: Sponsalia autem, ab impuberibus contracta, solubilia sunt, si alter pubertatem adeptus reclamet, ut n. 28. dicitur; & ideo mirum non est, si ad ea contrahenda qualiscunque usus rationis sufficiat. Sed hinc

Dubium oritur, an ad Sponsalia contrahenda sufficiat is rationis usus, qui satis est, ut puer talis nondum septennis possit peccare mortaliter? Negat, S. Thom. in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. ad 2. Lud. Lop. p. 2. Instru. c. 37. de Matr. fol. 1039. Petr. de Ledesin. de Matr. q. 43. art. 2. dub. 1. Henric. l. 11. de Matr. c. 13. n. 9. Probat D. Thom. quia ad peccatum mortale sufficit advertentia præsentis mali, nec aliqua futurorum providentia desideratur; ad Sponsalia tamen, cum sint obligatio ad futurum, & perpetuum statum, requiritur etiam futurorum providentia.

Sed tenenda videtur sententia affirmativa, quam cum Sanch. l. 1. de Matr. D. 16. n. 13. re ipsa defendunt DD. illi omnes, qui absolute docent, usu rationis præveniente ætatem, posse Sponsalia contrahi ante septennium. Ratio est, quia hic rationis usus satis est ad obligandum per Votum solenne Ordinis Sacri, & per Votum simplex Religionis, ergo etiam sufficit ad obligandum per Sponsalia. Patet Conf. Nam Sponsalia non tam arctam inducunt obligationem, cum sola pueri voluntate dissolvi possint, cum pubertatem attigerit, ut n. 33. dicam: arctiorem inducit obligationem Votum solenne annexum Ordini Sacro, & simplex Religionis, quippe quæ sola pueri voluntate dissolvi nequeunt, sed Pontificia dispensatione indigent, vel (intellige Votum Religionis) Patris irritatione.

Ad rationem dubitandi, si eâ futurorum providentiâ, quam sententia adversa postulat, ad Sponsalium valorem opus foret, incaute præscriptum esset septennij tempus; ea enim tenera ætate præsentium puer providentiâ non habet, nedum futurorum, & vix eo rationis usu gaudet, ut capax sit culpæ mortalis.

Quæritur 1. An casu, quo malitia, 19 seu prudentia ætatis defectum non supplet, septennium, ad Sponsalia requisitum, debeat esse completum physicè, vel solum moraliter, ita, ut completum censeatur etiam, quando unus, duo, vel etiam tres dies eidem defunt? Moraliter completum sufficere, docent Joan. Andr. in c. litteras 4. b. tit. n. 2. Henric. in c. accessit 5. eod. n. 3. Sot. in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. ad 3. Vivald. Candelabr. p. 1. de Sponsal. c. 2. n. 15. Vega l. 6. summ. cas. 101. Rodriq. tom. 1. summ. c. 244. n. 2. Gutier. de Matr. c. 2. n. 5. & seqq. & plures alij apud Sanch. l. 1. de Matr. D. 16. n. 4. qui tamen non conveniunt in assignatione temporis, cujus defectus complementum septennij morale impediatur; nam aliqui illorum putant hoc complementum non impediri per defectum duorum, vel trium dierum; alij admittunt unam hebdomadam; Gutier l. cit. n. 8. concedit sex etiam menses.

Fundamenta hujus sententiæ sunt 1. 20 quia Jura solum exposcunt compleri septennium, quod cum physicè, & moraliter compleri possit, non est, cur physicum complementum exposculemus. 2. Septennium Jura exigunt, ut rationis usus præsumatur. at ob defectum duorum, vel trium dierum cessare hæc præsumptio non potest; non enim tam brevi tempore usus rationis perfici poterat, si antea perfectus non erat, ergo septennium non physicum, sed morale requiritur. 3. Quod parum distat, nihil distare videtur secundum Aristotelem 2. phys. neque immeritò; parum enim pro nihilo habetur etiam ab Jctis.

Sed longè verius est, septennium, 21 ubi non constat, quòd malitia ætatem suppleat, debere esse completum physicè. Ita Sanch. D. 16. cit. n. 4. Perez de Matr. D. 37. sect. 12. n. 4. Pont. l. 12. de Matr. c. 5. n. 3. Conink de Sacram. D. 21. n. 51. Pal. tr. 28. D. 1. p. 6. n. 5. Gonzal. in c. 5. b. tit. n. 4. & 5. Passerin. in c. un. eod. in 6. n. 7. Schambog. hic n. 2. König ibid. n. 6. §. verum. Wiestner n. 19. Reiffenstuel n. 12. Ratio est, quia mensis per dies, & annus per menses computatur, in qua computatione si unus dies mensi deficiat, non erit mensis completus; conf. neque annus completus erit, qui ex mensibus completis coalescit. Conf. Quoties à Jure designatur aliquod tempus, physicè compleri debet, ita, ut neque unus dies deficiat, ut videre est in bi-mestri, concessio novis conjugibus ad deliberandum de Religionis ingressu, in decimo quarto ætatis anno requisito ad Testamentum condendum, & in decimo sexto, ante quem Trid. noluit valere Professionem Religiosam; aliàs cuilibet liberum esset restringere, vel ampliare tempus septennij, quod Jura illud præscribentia, & determinantia vitare contendunt.

22] Argumenta opposita efficacia nequam sunt. *Ad 1.* Verba Legis, præsertim quando agitur de obligatione imponenda, accipienda sunt in sensu proprio; non dicitur autem proprie completum septennium, nisi illud pervenerit, saltem ad diem ultimam. *Ad 2.* Præsumptio illa, quæ ex septenij lapsu præsumitur rationis usus, est præsumptio Juris. igitur arbitrio hominis mutari non potest, nec procedet, nisi lapso termino per Jus præscripto. *Ad 3.* Pariter Regula illa Aristotelica, & Jurisconsultorum solum locum habet, quando Jura non præscribunt actui certam, & completam ætatem, seu tempus.

23] Major controversia est, utrum computationi, & determinationi huic officiat, si quidem septennium sit perductum ad diem ultimam, hæc verò solum fit inchoata? Affirmant id sufficere complures etiam ex ijs, qui nobiscum docent septennium debere esse completum physicè, & inter hos Sanch. *D. 16. cit. c. 2. § 4. Pont. n. 5. Conink n. 51. & alij supra*, ex ratione, quòd favore Matrimonij dies inceptus ex Juris dispositione pro completo habeatur *arg. l. qua ætate ff. qui testam. facer. poss.* ergo etiam valebunt Sponsalia contracta ipsa die, quæ quis implet septennium.

24] Sed probabilius necessarium est, ut ultima dies completa sit de momento ad momentum. Ita Pal. *l. cit. n. 6. Gonzal. n. 5. Passerin. n. 7. Wiestner n. 19.* cum alijs. Ratio est 1. Quia dum etiam hæc dies completa sit, non est integra dies; conf. nec integer, & completus mensis, qui ex integris, & completis diebus coalescit: quodsi autem mensis ultimus completus nondum est, nec annus septenni ultimus dici completus poterit; quia & ipse componitur ex completis mensibus, ergo &c. 2. Professio Religiosa non potest emitti validè, nisi ultima dies anni 16. ætatis ad illam requisiti completa sit usque ad ultimum momentum, quod idem dicendum de anno probationis, qui eidem præmitti debet: idque non alio ex capite, nisi quod à Jure sit præscriptum hoc tempus, conf. à momento ad momentum debet esse completum *arg. l. denique 3. §. minorem 3. ff. de minor.* igitur cum etiam pro Sponsalibus, casu, quo malitia ætatem non prævenit, septennium à Jure præscriptum sit, etiam ipsum de momento ad momentum debet esse completum, & sic invalida erunt, si etiam ultima dies nondum completa sit. 3. Sicut quando Jura alicui rei præscribunt certum pretium, hoc consistit omnino in indivisibili, ut bene Less. *l. 2. de Just. c. 21. n. 10.* ita etiam quando alicui actioni præscribunt certam ætatem agentis; quia ideo certum pretium, & ætatem præscribunt, ne quisquam suo judicio possit ea mutare.

Ad argumentum opposita sententia de 25] spositio Legis ibi cit. est specialis, ac proinde ad propositum nobis casum extendi non debet, præsertim cum non sit eadem ratio; nam quòd ætas testatori præscripta moraliter accipiatur, favorabile ipsi solum, non autem simul onerosum est, uti tamen sunt Sponsalia, Matrimonium, & Professio Religiosa, quippe quæ præter favorem etiam onus, & gravissimam, perpetuamque obligationem afferunt, ut rectè monet Pal. *l. cit. n. 7. fin.*

Quæritur 6. An, & qualiter resiliere liceat à Sponsalibus, contractis tempore impubertatis? *R.* cum distinctione: Vel enim contracta sunt à nondum septennibus, & usum rationis requisitum non habentibus, vel à septennio majoribus, & usu rationis præditis.

Si primum, semper resiliere ab iisdem licet; quia proflus sunt irrita ob defectum consensûs: quod ipsum dicendum est, quando septennes contrahunt Sponsalia, sed uterque, vel alteruter usum rationis nondum adeptus est; quia, ut dicitur *l. in Sponsalibus 14. ff. de Sponsal. in Sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est*, utpote quorum valor non ab ætate, sed ab usu rationis pendet. *Ex quo sequitur*, quòd Sponsalia sæpe sint irrita, non solum ob defectum ætatis Jure requisitæ, sed etiam Judicij, & rationis.

Si Secundum dicatur, videndum, an uterque fuerit impubes, quando contrahantur Sponsalia, an verò unus pubes, alter impubes. *Si uterque impubes fuit*, quamdiu impuberes sunt, neuter à Sponsalibus jam contractis resiliere potest, aut consensu etiam muruo illa dissolvere, Abb. *in c. de illis 7. b. tit. n. 9. Joan. Andr. ibid. n. 4. Ancharan. n. 2. Sanch. l. 1. de Matr. D. 51. n. 6. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 17. Vivian. in c. de illis cit. pr. Barbof. ibid. n. 1. § 2. Wagnereck. V. intra annos not. 2. Gonzal. in c. a nobis 8. eod. n. 1. Honor. his n. 9. Zoel. n. 4. Puhing n. 6. Schambog. n. 3. König n. 14. Wiestner n. 7. Reiffenituel n. 14.* & patet ex *c. de illis*, & *c. à nobis cit.* idque meritò, ne propter fragile, & lubricum judicium Sponsalia facile, & sæpe temere contrahant, iterumque dissolvant.

Si tamen pubertatem adepti sint, 28] resiliere pro libitu suo possunt, etiam sine alia ratione *c. de illis cit. Vivian. in c. à nobis cit. V. sed post. Zoel. n. 5. Vallens. n. 4. Engl. §. 1. n. 3. Magnuf. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 2. n. 58.* & DD. qui supra: idque, ne cogantur approbare, & firmiter observare quod in tenera ætate, cum adhuc immaturo essent judicio, fecerunt. *Proceditque hoc*, sive uterque sit pubertatem adeptus, sive unus tantum; nam is, qui prius pubertatem adeptus est, resiliere à Sponsalibus statim potest, nec tenetur exspectare,

donec etiam alter pubes fiat *c. de illis, cit. 7.*
 si verò; quia frustra expectatur eventus,
 cujus nullus est effectus *c. cum contingat*
36. de Offic. Deleg. ergo si prius pubes fa-
ctus potest, altero pubertatem adeptus, re-
clamare, poterit reclamare statim. Ita Sanch.
D. 51. cit. n. 9. Vivian. in c. de illis cit. 7.
 Et ille. Wagnereck *ibid. V. si verò not. 1.*
 Barbof, *n. 6.* Schambog, König, Reiffen-
 stuel *l. lit.* Imò si non statim resiliat, sed
 semel rata habeat Sponsalia antecedentia,
 ceinceps mentem mutare non potest, sed
 tenebitur expectare, donec etiam alter le-
 gitimam ætatem attingat, & similiter de-
 liberet. Covar. *de Sponsal. p. 1. c. 5. §. 1.*
n. 2. Sanch. *l. cit. n. 9.* Et *14.* König
n. 14.

29 Quodsi autem pubes cum impubere
 septennio majore contraxit Sponsalia, resili-
 re quidem impubes, pubertatem adeptus,
 potest, pubes tamen non potest, si impubes,
 pubertatem adeptus, stare velit Sponsalibus
c. de illis cit. V. mulier. & ibi Host. V. ne-
gaverit. Innoc. princ. Joan. Andr. n. 4. An-
charan. n. 4. Alex. de Nevo. n. 16. Præ-
poi. n. 1. Covar. l. cit. n. 5. Sanch. n. 10.
 Laym. *n. 17. Vivian. in c. de illis. cit. 7.*
 quodsi, & alij *suprà.* Colligitur arg. *l. non eo*
minus 14. C. de Procurat. ubi minori, si
 contractum sine Tutoris autoritate cum
 majore inat, resiliere à Contractu soli per-
 missum est ob favorem minorum, et quem
 Contractus ab ijs initus claudicare potest
 quod sibi imputet Major cum minore Spon-
 salia celebrans, cum Legem hanc spontè sus-
 ceperit. *Proceditque hoc, ut pubes nec de*
consensu impuberis, antequam hic puberta-
tem adeptus sit, resiliere possit, ut bene
Sanch. l. cit. quia ob fragilem ætatem impu-
bis consensu sufficienti ad Sponsalium disso-
lutionem caret, ut dictum est n. 27. Ex-
cipitur, si major justam causam resiliendi ha-
beat, quia v. g. metu adactus contraxit,
 vel ex parte alterius mutatio notabilis facta
 est &c. nam ex tali causa resiliere non minùs
 poterit, ac posset, si contraxisset cum majore
c. ex litteris 11. b. tit.

30 Dubitari potest, an hoc casu, quo im-
 pubes, pubes factus, à Sponsalibus in im-
 pubertate contractis resiliat, cum Sponsali-
 bus etiam solvatur Impedimentum publicæ
 honestatis? *¶.* Non solvi, sed manere,
 ut bene advertit Engl *hic §. 1. n. 5.* & pa-
 tet ex *c. litteras 4. in fin. b. tit. conf.* neu-
 ter ex sic desponsatis cum alterius consan-
 guineis intra primum gradum contrahere
 Matrimonium poterit. *Ratio est, quia*
 Sponsalia post 7. ætatis annum contracta
 fuerunt valida; igitur induxerunt publicæ
 honestatis Impedimentum, quod Sponsa-
 lium dissolutione non tollitur secundum di-
 cta *Tit. 1. n. 114.*

31 Queritur 7. Quando resiliere à Spon-
 salibus pubertatem adeptus debeat? *¶.*

Debet resiliere statim; aliàs si differat, resiliere
 non amplius poterit, sed firmiter illis obli-
 gabitur. Ita Host. *in c. de illis 7. b. tit. V.*
antequam. Joan. Andr. *ibid. n. 2.* Ancharan.
n. 2. Et *4.* Henric. *n. 5.* Alex. de Nevo. *n.*
15. Covar. *p. 1. de Sponsal. c. 5. §. 1. n. 2.*
 Barth. de Ledesm. *de Matr. dub. 13. cas. 13.*
 Sanch. *D. 51. cit. n. 14.* Wagnereck *in c. de*
illis cit. V. si verò not. 2. Zæel. hic n. 5. Pirh.
n. 7. Schambog, *n. 4.* Wiestner *n. 12.* Ra-
 tio est, quia ex quo non contradixit, tacitò
 consensisse censetur.

Porro statim dissentire, & reclama-
 re censetur, si circiter triduo ante, vel
 post pubertatem adeptam resiliat à Sponsa-
 libus; quia in Jure dicitur in continenti
 aliquid fieri, quod intra triduum fit *l. fin. C.*
de Judic. & l. fin. C. de error. Advocat. Sanch.
n. 14. cit. cum alijs *suprà.* Magis extendit
 hoc temporis spatium Magnif. P. Schmier *p.*
3. de Sponsal. c. 2. n. 60. ubi putat faculta-
 tem resiliendi post pubertatem tamdiu su-
 peresse, quamdiu priora Sponsalia verbis,
 aut factis confirmata non fuere, vel alte-
 rutra pars implementum Sponsalium non
 petiit.

Neque debet ita resiliere volens soli-
 citus esse de causa, ex qua resiliere possit;
 nam causa, ob quam resiliere potest, unica
 ista sufficit, quòd Sponsalia hæc in impu-
 bertate contraxerit, ut habetur *c. de illis*
cit. juxta quod ob solam reclamationem al-
 terius pubertatem adepti Sponsalia sunt dis-
 solvenda. Habètque hoc locum non tan-
 tum in foro externo, sed etiam in interno,
 & conscientia. Sanch. *D. 51. cit. n. 19.*
 Wagnereck *in c. cit. V. poterit not. 1.* Scham-
 bog, *n. 4.* quia Jus consilere voluit immatu-
 ro, & immutabili puerorum judicio, ne
 tanto vinculo indissolubili, seu irrevoca-
 biliter obligari possint: & hinc credendum,
 quòd omnis obligatio, etiam in foro con-
 scientia sublata sit. *Conf. à pari;* nam vota
 puerorum, etsi valida sint, possunt solà pa-
 tris, vel tutoris voluntate irritari in utro-
 que foro. ergo similiter etiam Sponsalia impu-
 berum dissolvi in foro utroque poterunt, si
 ipsi impuberes, pubertatem adepti, resili-
 ant.

Queritur 8. An ad ratificationem
 Sponsalium, in impubertate contractorum,
 sufficiat taciturnitas impuberum, postquam
 ad annos discretionis, aut pubertatis perve-
 niunt? *¶.* Distinguendo: Vel enim inita
 fuerunt à minoribus septennio, vel à majo-
 ribus. *Si Primum,* nisi malitia ætatem præ-
 veniat, necesse est poni novum consensum
 verbo, aut factò, quod fiet cohabitando,
 familiaritatem singularem ostendendo, mu-
 nusecula donando, vel recipiendo &c. ut di-
 ctum est *suprà n. 5.* quia Sponsalia antè ini-
 ta erant invalida. *Si secundum,* taciturnitas
 sufficit, & pro ratificatione habetur; quia
 Sponsalia non tunc primum obligant, quan-
 do

do Sponsus, vel Sponsa pubertatem attingit, sed obligatio eorum jam ante contracta fit indissolubilis: ad quem effectum sufficit non reclamare, cum per Jus possit. Sanch. l. 1. de Matr. D. 51. n. 15. & cum eo omnes; nam omnes petunt, ut statim reclamet pubes factus; aliàs non audiendum, ergo non reclamando, conf. tacendo faciet, ut Sponsalia fiant firma. Hoc autem intelligendum est, si pubes effectus sciat se attingisse pubertatem, & jus suum intelligat; alioquin valebit Regula, quod *tempus non currit ignorantibus*, & poterit reclamare, ubi intellexerit. Wagnereck in c. 7. h. tit. V. si verò not. 2.

85 *Dubium* moveri potest, an si impubes ante pubertatem resiliat à Sponsalibus, & postea non mutet eum dissensum, nec amplius recordetur post pubertatem, dissolvantur Sponsalia? Videntur non dissolvi; quia dissensus ille, utpote in impubertate factus, non sufficit. igitur cum factus pubes non reclamaverit, jam videntur omnino firma facta Sponsalia. Conf. Quia aliàs vanum, & inutile foret dicere, quod ante pubertatem non possit resiliari.

86 Sed melius Sanch. D. 51. cit. n. 16. judicat dissolvi, & pro se citat Hofst. Anton. Alex. de Nevo, Prapostum. Rationem dat; quia ideo ratificantur, & firma fiunt Sponsalia non reclamando in pubertatis puncto, quia eo ipso, quod non reclamet, videtur in prima voluntate, quã se ad Sponsalia obligavit, persistere, atqui quando impubes dissensit, & hunc suum dissensum pubes effectus non mutavit, jam non præsumitur persistere in voluntate sua prima, quã ad Sponsalia se obligavit, sed potius in secunda, quã illum dissentiendo revocavit, igitur postea tacendo non hoc ipso videtur Sponsalia sua velle esse firma, sed potius dissoluta, cum voluntas censeatur manere, nisi mutata constat.

87 *Ad Argumentum in contrarium allatum* fateor, non sufficere dissensum illum, ut in impubertate positum, addo tamen eundem dissensum, si usque ad pubertatem revocatus non fuerit, prodesse ad declarandam voluntatem puberis facti, in qua præsumitur perseverare, & sic impedire ratificationem per supervenientiam pubertatis. *Ad Conf.* Prohibitio illa, quod ante pubertatem resiliari non possit, adhuc suum effectum habet; nam id operatur, quod etsi Sponsus, impubertate durante, Sponsalia revocet, hæc tamen non dissolvantur, & sic si pubertatem adeptus in iisdem Sponsalibus velit persistere, non opus sit novo in illa consensu, quo tamen fuisset opus, si per dissensum in impubertate positum fuissent soluta.

88 Porro an ad effectum, ut Sponsalia, in impubertate contracta, dissolvantur dissensu, post pubertatemposito, necesse sit, hunc dissensum, demonstrari signo aliquo

externo, an verò sufficiat, si interids soluta ponatur, questio fieri potest. Sed quæ solvi facile potest distinguendo inter forum externum, & internum conscientie. *In foro externo* requiritur, ut dissensus manifestetur aliquo signo externo; aliàs præsumetur perseverare voluntas prima, utpote qua non creditur mutata, nisi probetur. *At pro foro interno*, ut bene advertit Sanch. n. 17. satis erit dissensus internus; quia tunc jam nulla Sponsalium in facto ipso ratificatio facta est, ut adeo sic dissentiens coram DEO sit liber.

Quæritur 9. An Sponsalia impuberum ita confirmari Juramento possint, ut inde resiliare etiam pubertatem adepti nequeant? Negant Joan. Andr. in c. ex literis 10. de Sponsal. n. 3. Card. in c. de illis 7. h. tit. n. 5. Palud. in 4. dist. 27. q. 1. art. 3. cas. 10. n. 28. & alij apud Sanch. D. 51. cit. n. 21. Nituntur 1. quia impuberes prohibentur jurare *can. parvuli 14. & seq. caus. 22. q. 5.* igitur Juramentum ejusmodi habebitur pro non adjecto. 2. Quia juramentum additum contractui sortitur naturam contractus, cui additur l. fin. C. de non sum. pecun. atqui Sponsalia impuberum Jure Canonico habent in se hanc tacitam conditionem, *nisi facti puberes resilierint*, ergo etiam Juramentum eam conditionem sibi adjectam habere censetur. 3. Quia alij impuberum Contractus non firmanantur Juramento, ergo neque Sponsalia.

Sed probabilius est, Sponsalia impuberum Juramento firmari, ita, ut neutri pubertatem adepti resiliare ab ijs liceat. Ita Gloss. in c. de illis cit. V. Judicio. Ancharan. ibid. n. 4. Abb. n. 6. Prapost. n. 1. Alex. de Nevo. n. 13. Covar. p. 1. de Sponsal. c. 5. §. 1. n. 3. Henric. l. 11. de Matr. c. 14. n. 7. Sanch. l. 1. de Matr. D. 51. n. 22. Becan. tr. de Sacram. c. 43. q. 26. n. 7. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 17. Fagnan. in c. de illis cit. n. 51. Barbof. ibid. n. 7. Wagnereck V. poterit. n. 2. Zoel. hic n. 6. Pirh. n. 8. Schambog. n. 5. Sumitur ex c. ex literis 10. de Sponsal. ubi expressè dicitur, impuberes jurantes Sponsalia, sive sub Juramento promittentes se aliquam ducturos in uxorem, cogendos esse ea perficere: & additur hæc universalis ratio; *quia illis periculosum est contra suum Juramentum venire.*

Neque obstant Rationes dubitandi allatæ pro prima sententia. *Ad 1.* Textus illi loquuntur de impuberibus, quod non sint cogendi jurare ob testimonium dicendum. *Ad 2.* Illa tacita conditio non debet subintelligi, quando Sponsalia impuberum sunt Juramento firmata, juxta c. ex literis cit. Sanch. l. cit. n. 26. *Ad 3. Tr. Aut. N. Conf.* nam quod alij impuberum Contractus contractasse non firmentur Juramento, id inde contingit, quia contractus illi, secluso Juramento, sunt invalidi; Sponsalia autem impuberum per se sunt valida; ideoque Juramen-

mento accedente, confirmantur, & fiunt indissolubilia.

42. Quæritur 10. An quibusvis impuberibus prohibuitur sit resiliere à Sponsalibus juratis? Affirmativam defendunt *Abb. Alex. de Nevo, Ancharanus, Pirh. l. cit.* propter textum *c. ex litteris cit.* Sed revera generalitas ista ex textu hoc non probatur; nam ibi sermo est de impuberibus pubertati proximis, inter quos malitia ætatem supplente, consistere potuit Matrimonium, prout colligitur ex verbo *Impubescentes*, quod idem est, ac *propè puberes*: quod confirmatur etiam ex eo, quia ibi Alexander III. foemina[m] jussit in uxorem recipi, & maritali affectu pertractari: quod fieri non potuisset, nisi in pubertati proximis.

43. Quare cum *Perez D. 9. sect. 2. n. 8. Pont. l. 12. c. 9. n. 8. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 27. Wiestner hic n. 26. Reifensuel ibid. n. 16. § 17.* dicendum, solos illos à Sponsalibus juratis resiliere non posse, qui pubertati sunt proximi: in cæteris procedit solennis Regula, quod Juramentum sequatur naturam, & conditionem actûs, & obligationis, cui adjectum est, nisi aliud exprimat[ur] Jure; cum igitur Sponsalia impuberum, qui pubertati proximi nondum

sunt, includant tacitam conditionem, *Nisi pubes factus reclamem*, etiam Juramentum ijs adjectum eam includet.

Porro quando impubes pubertati 44 cenſeatur proximus, variæ sunt DD. ſententiæ, Gloſſ. in §. *pupillus V. infantia Inſt. de inutil. ſtipulat. Navar. l. 4. conf. 39. n. 11. edit. 1. Caldas in l. ſi Curatorem 1. §. minoribus n. 7. § 8. C. de in integr. reſtit.* apud *Sanch. D. 51. cit. n. 23.* putant, tunc maſculum cenſeri pubertati proximum, quando excedit decimum, & dimidium annum, fæminam verò, quando nonum, & dimidium. Paulò magis tempus hoc contrahit *Gonzal. in c. continebatur 6. b. tit. n. 5.* ubi exiſtimat à Jure Eccleſiaſtico fæminam quidem regulariter cenſeri pubertati proximam anno undecimo ætatis, ſaltem ad finem vergente, & ſub initium duodecimi, mare[m] verò ſub finem decimi tertij, & initium decimi quarti. Optimè *Mench. de arbitr. caſ. 57. n. 43. Sanch. l. 7. de Matr. D. 104. n. 40. Farin. prax. crim. q. 91. à n. 4. Paul. Zacchias qq. Medico Legal. l. 1. tit. 1. n. 24. Wagnerck in c. 6. b. tit. V. ſi autem. not. 2.* ob temperamenti, à quo pubertas dependet, nimiam diverſitatem relinquunt iſtud arbitrio Judicis.

§. II.

De Etate ad Matrimonium requiſita.

SUMMARIUM.

45. 46. 47. Ad Matrimonium contrahendum in mare requiritur ætas 14. in fæmina 12. annorum.
48. 49. Sed Jure ſolùm Eccleſiaſtico.
50. Hinc Pontifex in ea etate diſpenſare poteſt.
51. Contrahens poſt eam etatem contrahit valide, eſſi nondum aptus ſit ad generandum.
52. Solvuntur Argumenta oppoſita.
53. An etiam Epifcopus diſpenſare in etate ad Matrimonium contrahendum poſſit?
54. Reſpondetur poſſe ex cauſa urgentiſſima.
55. An Matrimonium, ante annos pubertatis contractum, nulla prævia diſpenſatione, ſit validum, ſi malitia etatem præveniatur?
56. Defenditur affirmativa.
57. Quid intelligatur hic nomine malitiæ?
58. Rationes dubitandi ſolvuntur.

59. An caſu, quo malitia etatem non prævenit, annus 14. in mare, & 12. in fæmina debeat eſſe completus?
60. Quomodo, phyſicè, an moraliter?
61. An Matrimonium, ab impuberibus initum, ſi malitia etatem non prævenit, habeat ſaltem vim Sponſalium?
62. 63. Reſpondetur cum diſtinctione.
64. Diluuntur Argumenta oppoſita.
65. 66. An ſi puella impubes deſponſata fuit, & traducta in domum viri, & illa pubes facta petit licentiam nubendi alteri, illa audiri debeat?
67. An Sponſalia ante legitimam etatem contrahentes peccent? Reſpondetur negative.
68. Secus de Matrimonio.
69. Excipitur caſus urgentiſſimæ neceſſitatis.
70. Rationes dubitandi ſolvuntur.

45. Quæritur 1. Quænam ætas requiritur ad Matrimonium contrahendum?

2. Etas legitima ad Matrimonium contrahendum eſt pubertas, ſive annus 14. in maſculo, & 12. in fæmina *c. continebatur 6. c. aſteſtationes 10. & c. ex litteris 11. b. tit.* Ad eòque major requiritur ætas ad Matrimonium, quàm ad Sponſalia; major item in mare, quàm in fæmina.

R. P. Schmalzgrueber L. IV.

Ratio primi duplex afferri poteſt. 46

1. Quia Matrimonium majorem, & firmiorem obligationem inducit, quàm Sponſalia; ac proinde etiam majorem Judicij maturitatem, & conſenſus libertatem expoſcit.

2. Quia ad Sponſalia contrahenda, ut *n. 2.* dictum eſt, ſufficit uſus rationis, qui impleto ſeptennio, regulariter præſens eſt; ad Matrimonium verò præter rationis uſum

R.

etiam

etiam requiritur potentia generandi, sive habitas ad copulam carnalem perfectam. *Gutier. de Matr. c. 2. n. 4. Zoel. hic n. 10. Englibid. §. 1. n. 1.*

47 *Ratio secundi est; quia fœminæ ordinariè citius pubescunt, quàm viri: nam regulariter fœminæ viri potentes fiunt jam anno 12. ætatis, cum pubertas maribus advenire soleat primùm anno 14. cujus diversitatis causa est, quia fœminæ imperfectiores, & debiliores sunt viris; videmus autem tam in artibus, quàm in naturæ operibus, quòd ea, quæ minora, debiliores, & minùs perfectæ sunt citius pertingant ad finem, & perfectionem suæ naturæ, sicut etiam citius deficiunt.* *Gonzal. in c. 3. b. tit. n. 9. Reiffenstuel hic n. 8.*

48 *Quæritur 2. Quo Jure ad Matrimonium contrahendum requiratur pubertas? Quidam cum Alex. Carrer. l. 5. de Sponsal. c. 15. putant requiri de Jure naturæ. 1. Quia Lex naturæ ad valorem traditionis exposcit, ut se tradens habeat potestatem tradendi. Atqui ante pubertatem puer utpote adhuc impotens, non habet potestatem tradendi corpus suum ad actus conjugales, in qua tamen traditione essentia Matrimonij consistit. Igitur Jure naturæ matrimonium ab eo contractum erit invalidum. 2. Quando ex defectu consensus Matrimonium irritatur, Jure naturæ illud est irritum. Atqui ut c. ubi non est consensus 2. b. tit. innuit, ante pubertatem deest consensus sufficiens ad Matrimonium, ergo &c. 3. Ut Navar. l. 4. conf. 5. fin. b. tit. edit. 2. refert ipse Gregorius XIII. die 13. April. 1580. interpellatus pro dispensatione ad impuberis Matrimonium negavit posse in hoc Sedem Apostolicam dispensare. Possent autem dispensare, si pubertas Jure alio, quàm naturali, requireretur ad Matrimonium. Ergo &c.*

49 *Sed dicendum, solo Jure Ecclesiastico ad valorem Matrimonij pubertatem requiri. Ita S. Thom. in 4. dist. 36. q. un. art. 5. in Corp. Navar. l. 4. conf. 39. de Sponsal. edit. 1. à n. 7. Veracruz Specul. p. 1. art. 39. concl. 1. Henriq. l. 12. de Matr. c. 7. n. 1. Sanch. l. 7. de Matr. D. 104. n. 9. Fagnan. in c. de illis n. 15. b. tit. Gonzal. in c. ubi non est cit. n. 7. Gobat. Experient. tr. 9. n. 450. Zoel. hic n. 10. König n. 2. Wiestner n. 6. Reiffenstuel n. 10. Ratio est, quia Jure naturæ præter consensum ad Matrimonij contracti valorem plus non requiritur, quàm corpora habilia, etsi non sint habilia proximè. Ex quo*

Sequitur 1. Matrimonia, ab impuberibus ratione præditis inter Infideles inita, seclufa Lege illa irritante, valida esse, ut rectè Henriq. Sanch. Gonzal. Wiest. l. cit. quia Legibus Ecclesiasticis non subduntur.

50 *sequitur 2. Posse Pontificem pro bono pacis, vel ex alia justa causa etiam cum*

fidelibus dispensare, ut infra annos impubertatis constituti Matrimonium contrahant. *Navar. conf. 4. b. tit. Sanch. n. 11. Fagnan. n. 30. Gobat n. 610. Engl §. 2. n. 9. König n. 7. Wiestner, Reiffenstuel l. cit. quia pro bono pacis multa admittuntur, quæ aliàs prohiberentur can. hæc quippe 10. caus. 3. q. 6. illius enim bonum est opus pietatis, & dicitur fieri per necessitatem, quod fit gratia pacis; necessitas autem non habet Legem c. consilium 2. §. fin. de observ. Jejun. Antequam tamen ejusmodi personæ fiant potentes ad generandum, cohabitare non debent; cum enim opus conjugale propter defectum corporis exercere nequeant, & tamen periculum sit magnum, ne sapiùs, & variè contra continentiam peccent, cohabitatio iisdem permitti non potest. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 2. n. 56.*

Sequitur 3. Quod Matrimonium contractum à pubere, seu majore 14. annis, etsi tunc nondum possit cum fœmina carnaliter committeri, nec generare, validum sit. *Abb. in c. 3. b. tit. in fin. Sylv. V. Matrimonium 5. q. 7. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 5. n. 2. Sanch. l. 7. D. 104. n. 15. Honor. hic n. 3. Engl §. 1. n. 8. Pirh. n. 35. not. 4. Schambog. n. 15. König n. 7. Wiestner n. 6. Reiffenstuel n. 7. Magnif. P. Schmier l. cit. n. 55. Ratio est, quia cum ætas legitima adsit, & de nullo impedimento perpetuo constat, Matrimonium tenere debet, non obstante, quòd contrahens defacto actus conjugalis sit incapax: & ratio rationis est, quia Jus Ecclesiasticum præsentem potentiam in ijs, qui impleverunt pubertatis annos non exigit; aliàs sequeretur, quòd impotens ad copulam propter infirmitatem corporis, non possit contrahere Matrimonium, quod tamen falsum est. Quare talis expectare debet usque ad plenam pubertatem, quæ est 18. annorum, qua adveniente, si generare non possit, & mulier instet, ut Matrimonium dissolvatur, illud dissolvi potest. Sylv. Pirh. l. cit. quia tunc præsumetur impedimentum esse perpetuum. Vel saltem expectandum est tanto tempore, ex quo colligi possit, talem esse inhabilem ad carnalem copulam, sive non ex debilitate ætatis, sed ex frigiditate, sive naturâ ipsâ omnino impotentem esse. Covar. l. cit. Honor. n. 3.*

Argumenta adversæ Sententiæ intentum non evincunt. Ad 1. impotentia, quæ Matrimonium invalidum reddit, debet esse perpetua, seu talis, quæ nullatenus auferrî possit præter Divinum miraculum. Talis autem non est, quæ ratione impubertatis nascitur, cum ista decursu temporis cesset. Habebit ergo se impubes Matrimonium contrahendo ita, sicut ille, qui defacto non est solvendo, qui ad solvendum obligari potest, quando spes est certa fore, ut in posterum solvendo sit. Ad 2. textus ille sumptus est ex can. ubi non est un. caus. 30. q. 2. ubi Nico-

laus

Ius Pontifex à contractu Matrimonij solum excludit illos, qui ad annos discretionis nondum pervenerunt, & infantes adhuc sunt: unde in hoc sensu intelligendum etiam est *c. ubi non est 2. cit.* Ad 3. constat Pontifices cum impuberibus ad matrimonium contrahendum sæpius dispensasse; sic enim S. Pius V. de facto dispensavit cum duobus impuberibus, teste Navar. *conf. 4. § 5. b. tit.* Clemens VIII. 1602. cum Principissa Sarni minore annis 12. teste Vincent. de Just. *de dispens. Matr. l. 3. c. 8. n. 55.* Gregorius XV. cum Duce Fiani, & Principissa Venusij annorum undecim. 1622. 11. April. teste eodem Vincentio. Quare ut Sanch. *l. cit. n. 13.* advertit, dum Gregorius XIII. negavit, posse Sedem Apostolicam in hoc dispensare, id intelligendum est, quod non solet dispensare, imò sine iusta, & gravi causa nec possit. Sed hinc oritur dubium, &

Quæritur 3. An etiam Episcopus dispensare possit, ut ante pubertatem copulari aliquis Matrimonio possit? Negat Fagnan. *in c. de illis 9. b. tit. n. 32.* & hanc sententiam dicit esse communem, & veram Canonistarum. *Rationem dat*, quia cum Lege Ecclesiastica districte prohibeantur Matrimonia impuberum non est Episcopi, hanc prohibitionem Canonis relaxare. Ad dit tamen *n. 33. § duob. seqq.* Episcopum dispensare posse in casu, quo incertum est, an malitia suppleat ætatem, quamvis fateatur etiam hanc Sententiam multas, & graves pati difficultates.

Sed dicendum, satis probabiliter etiam Episcopum ex causa urgentissima, præsertim publica, & pro bono communi pacis v. g. dispensare posse, præsertim in casu, quo contrahentes sunt prope annos puberes, & dubium adest, an non malitia ætatem suppleat. Ita Covar. *in c. alma p. 1. §. 7. n. 8.* Sanch. *l. 7. de Matr. D. 104. n. 12.* Suar. *l. 6. de Legib. c. 14. n. 2.* Salas de Legib. *D. 20. sect. 3. à n. 22.* Bonacin. *de Matr. q. 1. p. 4. n. 13.* Barbof. *in c. non est 2. b. tit. n. 5.* Gonzal. *ibid. n. 7.* Reiffenstuel *hic n. 11.* Magnif. P. Schmier *p. 3. de Sponsal. c. 2. n. 57.* arg. *c. non est 2. b. tit.* ubi quod dispensatio in hoc fieri possit, deciditur, & facienda nulli reservatur, atque hoc ipso Episcopis tacite permittitur; quia universaliter, quodocunque in aliquo textu permittitur dispensatio, & non additur, cui permissa sit, censetur concessa Episcopo, ut cum communissima aliorum probat latè Sanch. *l. 8. de Matr. D. 5. n. 1.* Barbof. *de Offic. Episc. alleg. 33. n. 17.*

Quæritur 4. An Matrimonium, ante annos pubertatis contractum, nulla prævia dispensatione, sit validum, si malitia ætatem præveniat? Pro negativa pugnant ferè eadem argumenta, quæ *suprà n. 9.* in simili questione de Sponsalibus attuli, & præcipuè. I. Quia contractui Sponsalium

R. P. Schmalzgrueber L. W.

per SS. Canones præfixus est annus 14. in masculis, 12. in feminis. Atqui præfixum à Jure tempus prævenire non licet. Ergo &c. 2. Ante expletum tempus à Jure præscriptum non potest emitte validè Professio Religiosa, etsi prudentia ætatem præveniat. Ergo nec Matrimonium contrahi.

Sed dicendum, si malitia præveniat ætatem, sicut Sponsalia ante septennium, ita etiam Matrimonium ante 12. vel 14. ætatis annum iniri validè posse. Ita Gutier. *de Matrim. c. 2. n. 23.* Sanch. *l. 7. de Matr. D. 104. n. 5.* Vivian. *in c. de illis 9. b. tit. pr.* Fagnan. *ibid. n. 18. § seqq.* Barbof. *n. 2.* Gonzal. *in c. 2. eod. n. 7. & inc. 3. n. 4.* Ilifung. *tr. 6. D. 9. n. 107.* Honor. *hic n. 4.* Engl. *§. 1. n. 8.* Schambog. *n. 15.* Zœf. *n. 10.* König. *n. 7.* Reiffenstuel. *n. 9.* & clarè decisum est *c. de illis cit.* Ratio est, quia in contrahendo Matrimonio attenditur habitus ad generationem, & capacitas doli, sive discretio ad intelligendam vim consensûs conjugalis: quare si hæc duo adsint, etiam ante ætatem Jure præscriptam validum erit Matrimonium, quippe cui solum ideo tempus præscribitur, quod ante illud communiter pubertas non adsit. Neque tunc opus erit ulla dispensatione, cum taxatio ætatis solum sit conditionata, nisi scilicet malitia ætatem præveniat. Fagnan. *l. cit. n. 38.*

Dixi *Habilitas ad generandum, & Capacitas doli*; quia nomine malitiæ communiter intelligunt DD. non tantum aptitudinem ad copulam, sed etiam capacitatem doli, seu discretionem, & iudicium rationis sufficiens ad cognoscendum itarum conjugalem, ejusque perpetuum, & indissolubile vinculum. Unde etiam *in c. continebatur 6. b. tit.* ponderatur non tantum copula, sed etiam ætas pubertati proxima. Ergo sola copula non est sufficiens, sed utrumque, potentia scilicet generandi, & discretio copulavè requiritur, ut ante legitimam ætatem validè iniri Matrimonium possit. Abb. *in c. de illis cit. n. 4.* Sylv. *V. Matrimonium 5. q. 2.* Covar. *p. 2. de Sponsal. c. 5. n. 3.* Henriq. *l. 11. de Matr. c. 13. n. 10.* Sanch. *D. 104. cit. n. 21.* Fagnan. *in c. de illis cit. n. 8.* Wagnereck *ibid. not. 3.* Barbof. *n. 5. & in c. fin. h. tit. n. 3.* Gonzal. *in c. 2. cit. n. 7.* Pirhing. *hic n. 37. not. 1.*

Neque obitant Argumenta opposita. Ad 1. Præfixio illa ætatis tantum operatur, ut qui illam habet, relevetur ab onere probandi pubertatem, cum juvenitur præsumptione Juris, & censeantur puberes; quamdiu contrarium non probatur. E contrario verò, quia pubertas ante prædictum tempus non præsumitur, qui dicit minorem esse puberem, probare debet, cum habeat præsumptionem contra se. Fagnan. *l. cit. n. 21.* Ad 2. Negatur paritas. Disparitatis rationem assignat S. Thom. *in 4. dist. 36. q. un. art. 1.* quia *Votum Religionis est*

P 2

06-

eorum, quæ sunt supra inclinationem naturæ, quæ majorem difficultatem habent, quam Matrimonium.

59 Queritur 5. An casu, quo non constat, quod malitia ætatem suppleat, annus 12. in famina, & 14. in mare debeat esse completus, ut contrahi Matrimonium possit? R. Affirmative, prout clarè colligitur ex c. continebatur 6. b. tit. ubi ad valorem Matrimonij puella non duodenis ponderatur, eam proximam duodecim annis fuisse, & à viro cognitam. At si non peteretur duodecim annus completus, non esset opus ponderare utrumque; ergo &c. Conf. ex c. attestaciones 10. eod. ibi, Antequam ad annum decimum quartum pervenisset; & ex c. ex litteris 11. ibid. ubi ponuntur verba, Donec compleat annum decimum quartum. Denique c. fin. eod. proponitur casus de puella, quæ circa duodecim annum nupit, & tamen deciditur conjugium non valuisse, nisi malitia suppleat ætatem, ubi Gloss. V. Circiter ait ad modicum tempus referri eam dictionem. Sentit ergo textus non valere Matrimonium faminæ, cui modicum tempus ad duodecim annum completum deficit, nisi malitia ætatem suppleat. Et ita fatentur universi DD. in textibus allegatis teste Sanch. D. 104. cit. n. 1.

60 Non tamen debet ætas ista, & ætatis esse completus omnino physicè, sed sufficit, si moraliter: quo differt Matrimonium à Sponsalibus; in Matrimonio enim propter specialem illius favorem ultima dies inchoata pro completa habetur arg. l. qua ætate 5. ff. qui testam. facer. poss. Joan. Andr. in c. fin. b. tit. n. 3. Abb. ibid. n. 6. Brunell. de Sponsal. concl. 4. n. 6. Sylv. V. Matrimonium 5. q. 5. Gutier. de Matr. c. 2. n. 19. & 20. Sanch. D. 104. cit. n. 2. & apud hunc plures alij. Imo nonnulli putant sufficere eam ætatem ad Matrimonium, quamvis tres dies ex ea deficient: & Martin. de Ledesm. p. 2. q. 60. art. 1. col. penult. §. hæsitabis ulterius. judicat, satis esse, quamvis desint dies decem: quam tamen utramque opinionem reprobat Sanch. l. cit. n. 3. ex ratione, quod DD. tanquam aliquid speciale affirmant de Matrimonio illud valere, quamvis ultima dies sit solum incepta.

61 Queritur 6. An Matrimonium, in initio inter puberem, & impuberem, vel duos impuberes, in quibus malitia ætatis defectum non supplet, valeat saltem in vim Sponsalium? Negat Petr. de Ledesm. de Matr. q. 45. art. 4. p. 2. post dub. 4. quem sequitur P. Engl. hic §. 1. n. 10. Videnturque hoc colligi 1. ex l. questum 9. ff. de Sponsal. ubi dicitur, Sponsalia quidem per matrimonium, ob defectum ætatis invalidè contractum, non destrui, si præcesserint; casu tamen, quo nulla præcesserunt Sponsalia; ea per ejusmodi Matrimonium non induci. 2. Quia actus agentium non

operantur ultra intentionem illorum arg. l. non omnis 19. ff. si cert. petat. atqui impuberes Matrimonium contrahendo revera non Sponsalia, sed Matrimonium contrahere intenderunt; ergo &c. 3. Quia quoties de contrahenda obligatione agitur, locus est Regulæ, Quod voluit, non potuit, & quod potuit, non voluit. Agitur autem in casu nostro de contrahenda obligatione, cum hanc inducant Sponsalia. Ergo juxta Regulam allatam dicendum est, quod ita contrahentes Matrimonium Sponsalia non voluerint: inducuntur autem Sponsalia consensu mutuo, ergo &c.

Sed meliùs adhibetur distinctio: Vel 62 enim impuberes contrahendo Matrimonium per intentionem suam expressè excluderunt Sponsalia, vel non excluderunt. Si hoc posterius, inducitur per hujusmodi Matrimonium obligatio Sponsalium, ut clarè decifum est c. fin. b. tit. & c. un. §. idem quoque eod. in 6. & notant Gloss. in c. un. cit. V. Matrimonium, Franc. ibid. n. 2. Brunell. de Sponsal. concl. 6. n. 2. Covar. p. 1. de Sponsal. c. 3. n. 3. Gutier. de Matr. c. 2. n. 16. §. prædicta, Sanch. l. 1. de Matr. D. 21. n. 2. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 17. §. tertio. Vivian. in c. fin. cit. pr. Barbof. ibid. n. 1. §. 8. Gonzal. n. 4. Fagnan. in c. tua 1. eod. Wag-nereck in c. un. cit. not. 1. Passerin. ibid. n. 15. §. 16. Vallens. de Sponsal. §. 7. n. 2. Honor. hic n. 10. Zoel. n. 15. Pirh. n. 13. §. 14. Schambog. n. 8. Wiestner n. 23. Reif-fenstuel n. 12. Magnif. P. Schmier p. 3. de Sponsal. c. 2. n. 41. Ratio est, quia licet expressè intenderint solum Matrimonium, & actualem traditionem Juris in corpora ad actus conjugales, virtualiter tamen ex præsumptione, & interpretatione Juris Ecclesiastici censentur intendisse saltem Sponsalia, & mutuam obligationem ad hujusmodi traditionem actualem suo tempore faciendam, si nunc illa ex defectu ætatis non valeat, ut adeo locus sit regulæ, si actus non valet, ut ago, valeat meliori modo, quo potest.

Si prius contingat, & contrahentes 63 expressè excluderint Sponsalia, dicendum est, neque istorum obligationem induci ab hujusmodi Matrimonio, ut cum Sylv. V. Matrimonium 5. q. 8. in fin. docent DD. cit. & ratio est, quia textus cit. solum interpretantur voluntatem contrahentium occultam, non advertantur expressæ, ut clarè indicatur §. idem quoque cit. ibi, Quæ Juris interpretatione tantum fuerunt Sponsalia de futuro: cujus interpretationis fundamentum est, quod in dubio censeantur impuberes hujusmodi contrahere secundum Jus. Adde autem, ejusmodi Matrimonium, sive cum vim Sponsalium de futuro habet, sive quando non habet, si ætate prohibente contractum invalidè est, per lapsum dicti temporis, & pubertatis adventum non convalescere, nisi ali-

aliter approbetur *c. fin. cit.* & *c. un. §. idem quoque eod. in 6. Honor. hic n. 10.*

64 Argumenta *n. 61.* posita contrarium non evincunt. *Ad 1.* ut ex communi aliorum sensu rectè monet Gonzal. *c. fin. cit. n. 4.* dispositio illa Juris Civilis per Jus Canonicum est correcta. unde cum de Matrimonio, & Sponsalibus agitur, non Jure Civili, sed Canonico standum est. *Ad 2.* obligatio Sponsalium, si à contrahentibus expressè exclusa non est, non est contra, sed vel maximè juxta intentionem illorum, saltem implicitam, & virtualem; quia Sponsalia in Matrimonij contractu virtute clauduntur, ut bene Sanch. *n. 2. cit.* *Ad 3.* illi regulæ locus est, quando agitur de contrahenda obligatione, à qua se contrahens expedire non potest. Potest autem sic contrahens Matrimonium in impubertate se obligatione sponsalium expedire; quia licet resiliere nequeat, durante impubertate, pubertatem tamen adeptus liberè resiliere potest, ut dictum est *n. 28* nisi post pubertatem præsumpta ista Sponsalia tacitè, vel expressè ratificaverit; in hoc enim ista cum veris paria sunt.

65 Quæritur 7. An si puella impubes desponsata fuit, & traducta in domum viri, & illa pubes facta petat licentiam nubendi alteri, illa audiri debeat? *Responsum.* Affirmativè: patet ex modò dictis. Excipitur, nisi vir juret se illam carnaliter cognovisse; tunc enim distinguendum est. Vel enim vir dicit se copulam habuisse cum illa impubere, vel cum pubere jam, aut pubertati proxima.

Si primum, non obstante Juramento viri, femina negante copulam, separari illa à viro post pubertatem adeptam potest, ut contra Abb. *in c. continebatur 6. h. tit. n. 7.* & alios verior est sententia Alex. de Nevo *ibid. n. 32.* Covar. *p. 2. de Sponsal. c. 3. n. 3.* Sanch. *l. 7. de Matrim. D. 104. n. 33.* Wagnereck *in c. 6. cit. V. si vir. not. 2.* Pirh. *hic n. 23. not. 2.* quia præsumptio est pro femina, quòd copula non intercesserit. Inducetur tamen eo casu impedimentum publicæ honestatis; quia licet ejusmodi Desponsatio non valuerit in vim Matrimonij, valuit tamen in vim Sponsalium. Pirh. *n. 23. cit. not. 4.*

66 *Si Secundum*, & vir juret se copulam cum illa habuisse, cum jam esset pubertatem adeptam, Jure antiquo Matrimonium ejusmodi, quod durante impubertate habebat tantum vim Sponsalium, per ejusmodi copulam transijt in Matrimonium, quod, cum consummatum hoc modo sit, separationem non amplius patitur. Creditur autem eo casu potius viro affirmanti, & juranti, quam feminae neganti, nisi contrarium ipsa plenè probet, ut habetur *can. si quis 3. caus. 33. q. 1.* cujus ratio triplex est. 1. Quia vir est caput mulieris, habetque po-

testatem in illam, & est firmioris animi, quam illa. 2. Quia cum Matrimonium sit favorabile, pro illa stat præsumptio. 3. Quia vir fuit solus cum sola, & ideo creditur cognita ab illo.

Dixi autem, *Jure antiquo*; nam Jure novo Trid. quo sublatum est Matrimonium clandestinum, copula superveniens in pubertatem adepto plus non addit, nisi ratificationem Sponsalium, ad effectum, ut spontè illam admittens resiliere non amplius possit.

Quæritur 8. An Sponsalia, vel Matrimonium ante legitimam ætatem contrahentes peccent? *Satis certum est*, non peccari per contractum Sponsalium ante septennium; quia peccatum quodcumque supponit usum rationis, qui si addit, validè & licitè, etiam ante septennium, ineuntur Sponsalia; cum ad hæc in personis aliàs habilibus plus non requiratur, quam rationis usus. Sanch. *l. 1. de Matr. D. 17. n. 4.*

Major quæstio est de Matrimonio inito ab impuberibus, in quibus ætatem non supplet malitia. Abb. *in c. ubi non est 2. h. tit. n. 1.* Sanch. *D. 17. cit. n. 6.* Pont. *l. 12. de Matr. c. 3. n. 4.* Wagnereck *in c. ubi non est cit. V. ne aliqui. not. 2.* Zoel. *hic n. 9.* excusant ejusmodi contractum Matrimoniale saltem à culpa gravi, modò copulam carnalem, dum impuberes sunt, non attentent. Ducuntur textibus *c. fin. h. tit. & c. un. §. idem quoque eod. in 6.* quibus ut ajunt, permittitur impuberibus contractus per verba de præsentì, & tantum vetatur conjunctio per copulam carnalem. Addunt rationem; quia si peccaretur ejusmodi contractu, peccaretur vel ob injuriam illatam personæ tertie, vel ob irreverentiam irrogatam Sacramento. Atqui tali casu nulla inferitur injuria personæ tertie, nec irrogatur irreverentia aliqua Sacramento; quia solum habet vim Sponsalium, quæ licitissime personæ etiam impuberes celebrant. Ergo &c.

Verùm his non obstantibus, dicendum hujusmodi contractum, ab impuberibus celebratum, extra casum urgentissimæ causæ pacis v. g. conciliandæ, vel conservandæ, à gravi culpa excusari non posse. Ita Host. *in c. ubi non est cit. pr.* Alex. de Nevo *ibid. n. 2.* Paludan. *in 4. dist. 28. q. 2. art. 1. à n. 8.* Sylv. *V. Matrimonium 5. q. 6.* Navar. *Man. c. 22. n. 31.* Perr. de Ledesma, *de Matr. q. 43. art. 2. dub. 3.* Gutier. *de Matr. c. 2. n. 10.* Coninck *de Sacram. D. 21. n. 54.* Pal. *tr. 28. D. 1. p. 6. n. 13.* Gonzal. *in c. ubi non est cit. n. 7. fin.* Schambog. *hic n. 13.* König *ibid. n. 3.* Wiestner *n. 30.* Magnif. P. Schmier *p. 3. de Sponsal. c. 2. n. 43.* & colligitur ex *c. ubi non est cit.* ubi Nicolaus I. ejusmodi Matrimonia prohibens, utitur verbis, *Districte prohibemus*, quæ verba serio impositum præceptum, vel prohibitionem denotant, saltem si materia gravis sit,

ut docet Suar. l. 5. de LL. c. 3. n. 6. cum alijs. Atqui in proposito casu materia gravis est, quippe cum attentetur Sacramenti invalidi administratio. Ergo cum ejusmodi administratio magnam contineat Sacramenti irreverentiam, extra urgentissimæ necessitatis casum toleranda non est.

99 Dixi extra casum urgentissimæ necessitatis; nam casu, quo bonum publicum id exigeret, & probabile esset eos capaces esse Matrimonij, licet per verba de præfenti contraherent; quia necessitas excusaret irreverentiam, quæ aliàs Sacramento fieret. Coninck n. 54. cit. in fin.

Neque dicas, verba illa restrictius interpretanda sunt solum intelligenda de conjunctione per copulam carnalem; nam contra est, quia Pontifex, ut modo dictum est, con-

junctionem, quam prohibet, permittit pro bono pacis, atqui conjunctio per copulam carnalem impuberibus, in quibus malitia ætatem non supplet, etiam pro bono pacis permessa non est. ergo non de hac, sed de conjunctione per Matrimonij contractum Pontifex loquitur, eamque prohibet.

Ad textum in contrarium allegatos, & 70 plures alios, qui fortè afferri possent, dico, per eos non permitti Matrimonium impuberibus, sed tantum narrari factum absque ulla illius approbatione, & sic contracto Matrimonio adstrui solam vim Sponsalium. Ad argumentum ex ratione patet ex ratione Responsionis n. 68. datæ, gravem hujusmodi Contractu Sacramento irrogari injuriam.

§. III.

De Consensu Parentum.

S U M M A R I U M.

71. Matrimonia à Liberis contracta, parentibus inconsultis, vel etiam invitis, defacto sunt valida.
72. 73. An etiam valida sint Jure Civili?
74. 75. 76. Vel Canonico antiquo?
77. An, & quomodo peccent Liberi, contrahentes Matrimonium, parentibus inconsultis?
78. 79. Vel consultis quidem, sed contra ipsorum consilium?
80. Quare Liberi teneantur parentum consilium exquirere, non tamen sequi?
81. 82. 83. 84. An valida sint Sponsalia de futuro, inita invitis parentibus?
85. An isti Sponsalia Liberorum irritare valeant?

86. &c. An obligari, & compelli Liberi à Parentibus possint ad ineunda conjugia, quæ ab ipsis injuri Parentes volunt?
93. An propterea, quod invitis Parentibus contrahant, possint exheredari?
94. Tenetur negativa.
95. Ita, ut ne Dos quidem ex causa ista possit negari filie.
96. Solvuntur Objectiones.
97. Quid circa hoc dicendum de Jure speciali?
98. Utrum Leges, & Statuta, quæ ob hanc causam aut hereditate privant, aut exheredari permittunt Liberos à parentibus, justæ sint?
99. Argumenta sententiæ negativæ.
100. Propugnatur affirmativa.
102. Respondetur ad opposita.

71 **Q**Uæritur I. An præter consensum ipsorum contrahentium, ad valorem Matrimonij, à Liberis contracti, necessarius sit consensus Parentum? Certum est, etsi defacto Liberi, contra rationabilem parentum voluntatem Matrimonia ineundo, graviter peccent, ipsa tamen Matrimonia illorum ob deficientem parentum consensum non hoc ipso fieri irrita, sed manere omnino valida. Est indubitata Catholicorum sententia contra Hæreticos nostri temporis Juris DD. & definitum est à Trid. sess. 24. c. 1. pr. de reform. Matr. ubi hujus S. Synodi PP. Anathematè damnant eos, qui Matrimonia, à Filijs familias sine consensu parentum contracta, affirmant irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse. Ratio sic statuendi gravissima fuit, quia in ijs, quæ ad statû electionem pertinent, quivis liber, & sui Juris est, neque ab arbitrio alterius pendet: quod maximè locum habet in Sta-

tu Matrimonij: quia gravia onera annexa habet, estque indissolubilis, & perpetua quædam quasi servitus, à qua per naturam liberi sumus: unde non debet ejus electio pendere ab aliorum voluntate, quam eorum, qui illum liberè suscipiunt.

Controversia inter DD. Catholicos 72 est, an etiam veteri Jure valida fuerint filiorum Matrimonia, ab his contracta sine parentum consensu? Et quidem in Jure Civili complures inveniuntur textus, ex quibus erui potest, quòd illo Jure invalida fuerint. Et talis est 1. textus pr. Inst. de Nupt. ubi Imperator, Justas, inquit, Nuptias inter se Civis Romani contrahunt, qui secundum præcepta Legum coeunt - - dum tamen, si filij familiarum sint, consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt; nam hoc fieri debere, Civilis, & naturalis ratio suadet, in tantum, ut jussus parentis præcedere debeat. 2. L. nuptie 18. ff. de rit. nupt. ubi Julia-

73 **J**us Civis, Nuptias inter easdem personas, ait, nisi volentibus parentibus renovate, juste non habentur. 3. l. nuptiae 2. ff. eod. ubi Paulus, Nuptiae, dicit, consistere non possunt, nisi consentiant omnes, i. e. qui coeunt, quorumque in potestate sunt.

Quibus textibus moti complures DD. cum Duaren. Rubr. ff. solut. Matr. tit. de Nupt. c. 2. §. sequent. Tholosan. Synt. l. 5. c. 3. n. 10. Pont. l. 2. de Matrim. c. 1. n. 21. Fagnan. in c. tua 1. b. tit. n. 16. concedunt de Jure Civili antiquius requisitum ad valorem Matrimonij fuisse parentum consensum: cujus etiam sententiae videtur fuisse Clemens III. dum c. videtur 3. qui Matrim. accusar. poss. asseruit, si parentes non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum Leges nullum fieri Matrimonium. Alij tamen cum Cujac. l. 3. observ. c. 5. Coftan. de sponsal. tit. de rit. nupt. n. 101. Germon. l. 1. animadvers. c. 11. Brisson. de Jur. conub. pag. 71. Hothoman. Illustr. Jur. g. 9. §. de rit. nupt. c. 3. Gonzal. in c. tua cit. n. 8. Vall. de Sponsal. §. 9. n. 1. Zoel. ibid. n. 70. putant, dum his textibus Nuptiae, sine parentum consensu initae, dicuntur non esse justae, id intelligendum, quod sint illicitae, non vero, quod sint invalidae.

74 Sed quidquid de hoc sit, Jus Civile quoad Matrimonium, postquam Contractus illius ad rationem Sacramenti elevatus est, attendi non debet, cum jam causa illius Spiritualis sit, in quibus causis patria potestas attendi non debet c. fin. §. fin. de Judic. in 6. Major difficultas est, an Matrimonium, à Liberis sine consensu parentum initum, Jure etiam Canonico antiquo invalidum fuerit? Affirmativam videntur probare textus. 1. can. aliter 1. caus. 30. q. 5. ubi Evaristus Papa, Aliter, inquit, legitimum non fit conjugium, nisi à parentibus - sponsetur: & §. ita peracta addidit, aliter praesumpta non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel supra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse. 2. can. nostrates 3. caus. §. quae. cit. ubi Nicolaus I. ad Bulgarorum consulta respondens, Nuptialia ait, foedera consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur. 3. can. qualis 4. ibid. ubi inter reliqua requisita ponitur, ut uxor sit à parentibus tradita. 4. can. is qui, & can. Christiano 5. dist. 34. ubi ducta in Matrimonio non legitimo, seu requisitis solennitatibus non instructo dicitur concubina.

75 Sed his non obstantibus, dicendum, etiam de Jure antiquo Canonico non fuisse necessarium consensum parentum ad valorem Matrimoniorum contractorum à filiis. Ita Covar. p. 2. de Sponsal. c. 3. §. 8. à n. 1. Bellarm. l. 1. de Matr. c. 19. §. 20. Azor. p. 1. l. 5. c. 20. Sanch. l. 4. de Matr. D. 22. n. 7. Gutier. l. 1. can. q. c. 20. Rebell.

de oblig. Just. p. 2. l. 2. q. 14. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 14. Fagnan. in c. tua 1. b. tit. n. 21. Engl. hic §. 2. n. 10. Wiestner ibid. n. 34. Pirh. tit. de Sponsal. n. 90. Reiffenstuel ibid. 23. Magnif. P. Schmier p. 1. de Spons. c. 2. n. 55. §. seqq. & patet ex can. sufficiat 2. caus. 27. q. 2. c. cum virum 12. de Regular. c. cum causam 7. de Raptor. c. veniens 13. cum locum 14. c. cum apud 23. c. tua 25. de Sponsal. quibus textibus de consensu ad Matrimonium necessario agitur, & tantum mentio fit consensûs præstanti à contrahentibus, non etiam ab istorum parentibus.

Ad textus in contrarium allegatos 76 facilis est responsio. Ad 1. Dum ibi Pontifex ait, sine consensu parentum non esse legitimas nuptias, intelligendum est, eas non esse contractas secundum sanctiones Canonicas; nam absque consensu parentum contractae olim reputabantur clandestinae Gloss. in c. fin. V. clandestina de clandest. desponsat. Innoc. ibid. Henric. l. 11. c. 5. n. 5. Gonzal. in c. 1. b. tit. n. 11. Dum vero idem Pontifex addit, aliter celebrata fore adulteria &c. id dicit non absolute, sed limitate, Nisi voluntas propria suffragaverit, i. e. nisi in defectu solennitatum accesserit consensus maris, & feminae, quatenus de Jure naturali desideratur; tunc enim conjugium valere supponitur can. cit. & can. nostrates cit. ubi indicatur non esse peccatum, si memoratae solennitates non adhibeantur, eo quod positum sit in arbitrio partium, velintne celebrare Matrimonium solenne, vel non solenne, modo jam explicato. Ad 2. & 3. Ibi consensus parentum non ad valorem, sed ad honestatem duntaxat Nuptiarum exigitur, ut notat Gonzal. l. cit. n. 12. Ad 4. Concubinae illis textibus dicuntur verae uxores, sed quae ductae sunt in Matrimonio non solenni; alias in can. Christiano cit. Isidorus male dixisset, quod uxoris loco licitum sit habere concubinam.

77 Queritur 2. An, & quomodo ad honestatem Matrimonij, à Liberis contracti, spectet consensus parentum? 3. distinguendo; Vel enim filius, aut filia contraxit Matrimonium, parentibus inconsultis, vel consultis quidem, sed contra ipsorum consilium.

Si primum, negari non potest, quod peccent graviter, si absque justa causa ita contrahant, non exquisito parentum consensu. Covar. p. 2. de Sponsal. c. 3. §. 8. n. 1. Sanch. l. 4. de Matr. D. 23. n. 10. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 14. §. secundò. Boffius de Matr. c. 11. §. 8. n. 81. Fagnan. in c. tua 1. b. cit. n. 13. Wagnereck ibid. V. omnino not. 8. Sporer de Matr. n. 177. §. seqq. Wex Ariadn. p. 5. tr. 2. de Sponsal. §. 3. n. 10. Engl. hic §. 2. n. 6. Schambog. tit. de Sponsal. n. 140. §. 141. König ibid. n. 110. Reiffenstuel

stuel n. 24. Colligitur ex eam, qualis 4. caus. 80. q. 5. & can. honorentur 13. caus. 32. q. 2. Ratio est, tum quia in re tam ardua liberi faciunt imprudenter, quando parentum negligunt consilium; tum quia parentum sapientum est scire, an, & cum qua persona liberi Matrimonium contrahere intendant. Excipitur, si filius prævideat, quòd si Patrem consulat, is Sponsalia cæteroquin honesta, & Matrimonium subsequens malitiosè ob interesse v. g. proprium, aut ex inordinata alia passione sit impediturus, vel si alia causa gravis patrem non consulendi adsit; tunc enim non peccabit, si etiam absque petito Patris consilio, clam Sponsalia contrahat. Perez de Matr. D. 18. Mendo Epitom. de Sponsal. n. 10. Felic. Oliva. p. 4. q. 29. n. 34. Wex Ariada. p. 5. tr. 2. §. 3. n. 11. Reiffenstuel de Sponsal. n. 26. Magnif. P. Schmier p. 1. de Sponsal. c. 2. n. 69.

78 Si secundum, iterum distinguendum est, an parentes justam causam contradicendi habeant, vel non. Si justam habeant contradicendi causam, ut quia filius, aut filia volunt inire Matrimonium cum inæquali, vel infami persona cum familiæ dedecore, sine dubio peccant graviter contrahendo, parentibus contradicentibus. Laym. l. 5. tr. 20. p. 1. c. 1. n. 14. Wagnereck in c. tua 1. b. tit. V. omnino noi. 2. Engl. bio §. 2. n. 6. fin. Wex Ariada. p. 5. tr. 2. §. 3. n. 10. Magnif. P. Schmier l. cit. n. 71. quia auctoritatem, & voluntatem parentum rationabilem repudiare in re tam gravi non potest vacare culpâ, & sapit temeritatem, vel neglectum, aut contemptum illorum, quos DEUS honorare præcepit.

79 Quod si verò parentes nullam habeant justam causam contradicendi, licet, etiam illis non consentientibus, vel contradicentibus, priùs tamen consultis, Liberi Matrimonium inire possunt. Covar. p. 2. de sponsal. c. 3. §. 2. n. 5. Sanch. l. cit. n. 10. Laym. 2. secundo cit. Bossius n. 83. Schambog. n. 141. Wex n. 11. Reiffenstuel n. 25. P. Schmier n. 70. ex doctrina S. Thomæ 2. 2. q. 104. art. 5. in Corp. ubi ait, quòd inferior obedire non tenetur Superiori suo, si ei aliquid præcipiat, in quo illi non subditur; indeque infert, quòd homo in ijs, quæ ad naturam corporis pertinent, non teneatur homini obedire puta in ijs, quæ pertinent ad hominis sustentationem, & prolis generationem, ac tandem concludit his verbis: unde non tenetur filij parentibus obedire de Matrimonio contrahendo, vel Virginitate servanda. Ita S. Thom. l. cit. ergo cum quoad Matrimonium ineundum filius non subiaceat potestati Patris, sequitur, quòd priùs consulto patre, etiam contra ipsius consilium, & eo invito, si nullam habeat causam contradicendi justam, contrahere Matrimonium possit; quia utitur Jure sibi concesso, ut patet ex c. ve-

niens 13. de Sponsal. c. cum virum 12. de Regular. ibi: Quia liberum habet arbitrium, in electione propositi sequi parentum non cogitur voluntatem.

Sed hinc oritur dubium, quare liberi obligentur ad expetendum regulariter parentum consensum, nec tamen obstringantur ad consilium illorum sequendum? Videtur frustra, & inutiliter ad hoc expetendum obligari Liberos; si enim utiliter peteretur, peteretur in eum finem, ut illud sequantur Liberi; non tenentur autem sequi, ergo &c. Sed dicendum, non frustra id peti à Liberis; quia cum sperari possit, à Parentibus fidelissimè aperienda, detegenda, & demonstranda omnia, quæ Liberi, ob cæcum amoris impetum non temper omnia perspicipientibus, in illo negotio proficere, vel obesse valent, consilium Parentum proficere plurimum potest Liberi, ut ab ijs, quæ noxia sibi compererint, desistant, & utiliora quarant. P. Reiffenstuel tit. de Sponsal. n. 26. Magnif. P. Schmier l. cit. n. 73. Argumentum in contrarium allatum retorquetur in Prælatis Ecclesiasticis, qui in pluribus obstricti sunt ad petendum consilium Capituli, quamvis illud sequi non teneantur, ut patet ex dictis ad tit. de his, quæ à Prælat. Nempe consilium expetere semper consentaneum, & proficuum est; quia, ut monet Sapiens, qui facit omnia cum consilio, post factum non poenitebit.

Queritur 3. Utrum sicut Matrimonium, ita etiam Sponsalia de futuro, parentibus invitis contracta, sint valida? & distinguendo, an Sponsalia illa sint promissio Matrimonij ineundi in ijs circumstantijs, in quibus cum peccaminosa parentum offensa etiam ipsum iniretur, an verò sint promissio Matrimonij ineundi in ijs circumstantijs, in quibus illis invitis, & contradicentibus licet miri Matrimonium potest.

Si primum, Sponsalia de futuro non solum illicita, sed etiam invalida sunt; quia ad impossibile, vel inhonestum nemo potest obligari. Proceditque hoc, ut ne jurata quidem promissio subsistat c. quanto 12. de Jurejur. sed potius tunc fides data est recindenda juxta can. in malis 5. caus. 22. q. 4. Sicut ergo promissio occidendi hominem, vel adulterandi non valet, ita nec promissio Matrimonij illicitè contrahendi. Felic. Oliva p. 1. q. 29. n. 24. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 14. 2. enim verò Wex Ariada. p. 5. tr. 2. §. 3. n. 12.

Si secundum, valent Sponsalia; quia tunc ex parte objecti promissi nihil obstat, quo minus robur habeat facta promissio. Quod extendendum etiam ad eum casum, quo promissio aliunde, quam ex parte objecti implendi forsan fuit illicita v. g. quia facta est ex aliqua inordinata passione &c. adhuc enim valebunt Sponsalia, modò deinceps impleri queant sine permanente

parentum offensa, & alijs incommodis. Unde passim DD. praxi Ecclesie testantur receptum esse, ut Liberi adigantur ad implenda Sponsalia, etiam contra parentum voluntatem inita five cum pari, five cum dispari, modò in executione ipsa non amplius violetur Justitia, Charitas, & Pietas parentibus debita. Felic. Olival, cit. n. 23. Laym. v. tertio. Wex n. 12.

83 Ex quo sequitur, quòd tali casu neque parentibus concessum sit tale Matrimonium impedire, sed potius illi peccabunt mortaliter, si filium ab eo contrahendo impedire, vel illud ipsi dissuadere tentaverint, cum ad ejus contractum ipse filius obligetur mortaliter. Neque mirum videri debet, Sponsalia interdum illicita esse, & tamen rata, & obligantia; nam & prodiga promissio, vel donatio obligationem parit, quamvis male facta sit, modò non veretur circa rem malam, seu talem, quæ sine peccato præstari nequeat. Layman, v. cit.

84 Aliud est, si ex Matrimonio, quod filius, aut filia contrahere cogitat, ob disparitatem Sponsorum, vel similem causam timeretur familiae dedecus, scandala, discordia; & sic Matrimonium tale, tanquam Charitati, & Pietati repugnans, sine peccato non posset contrahi: tunc enim parentes impedire illud possunt, & debent, implorata etiam autoritate Judicis Ecclesiastici, ad cujus officium pertinebit cavere; ne talia Matrimonia contrahantur, ex quibus scandala, & infelices exitus sequi solent, ut post Gutier. & Sanch. observat Wex l. cit.

Idque non tantum locum habet, antequam Sponsalia celebrata sunt, sed etiam postea; quia ut n. 81. dictum est, promissio non obligat, quæ versatur circa rem illicitam, videlicet Matrimonium cum scandalo, & peccato contrahendum. Laym. v. enimvero cit. & hinc non tam irritari, quam irrita declarari debebunt. Engl. hic n. 11.

85 Dubitari potest, utrum non parentes irritare possint Sponsalia Liberos etiam valida? Videntur posse; quia parentes possunt irritare Vota filiorum, ergo multo magis irritare possunt Sponsalia ab illis inita; si enim promissio DEO facta irritari potest, multo magis facta homini. Sed negativam manifestè probat ratio n. 79. alata. Hinc ad Rationem dubitandi negatur Conf. quia DEUS voluit, ut promissio sibi facta per Votum penderet ex consensu, & voluntate patris, non autem promissio per Sponsalia facta homini. Accedit, quia Pater filij puberis Vota tantum illa irritare potest, quæ patrie illius potestati præjudicant; sic autem non præjudicant Sponsalia, utpote in quibus contrahendis filius est sui juris.

86 Queritur 4. An obligari, & compelli Liberi à parentibus possint ad incedenda Con-

A. P. Schmalzgrueber l. IV.

jugia, quæ ab ipsis iniri parentes volunt? Certum est 1. Per se ad Conjugium à parentibus cogi non posse Liberos, quando Religionem ingredi, aut vivere in Coelibatu volunt. Sanch. l. 4. de Matr. D. 23. v. 5. Gutier. de Matr. c. 79. n. 17. Wieselner hic n. 36. Ratio est, quia coactio tali casu esset impeditiva majoris boni; conf. injusta foret.

Certum est 2. Quando multum interest parentum, ut filius tale Matrimonium inerat, quia v. g. erit medium ad componendas graves inimicitias, quæ sunt inter parentes, & consanguineos eorum, cum quibus est contrahendum Matrimonium, teneri filium sub lethali culpa obedire parenti illud præcipienti, idque non tam ex præcepto paterno, quam ex Pietatis Virtute, quæ tenentur filij consulere paternæ indigentia S. Thom. in 4. dist. 29. q. un. art. 4. in Corp. cum communi DD. quod limitat Sanch. l. cit. ad casum, quo filius jam antecederet decrevit ad statum Matrimoniale transire. Interim tamen,

Certum est 3. Aliquando per accidens Liberos etiam volentes Religionem ingredi, vel in Coelibatu vivere, ab iisdem parentibus moderata coactione posse adigi ad Matrimonium contrahendum, ut si filius defloravit puellam, & huic damnum defloratione illatum aliter resarcire non potest, nisi illam ducendo: vel si parentes patientur necessitatem gravem, quæ sublevari non posset, nisi Matrimonio contracto cum Sponsa divite, quæ offertur. Conink D. 28. dub. 5. n. 50. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 14. Barbof. in c. 1. h. tit. n. 5. cum cit. Ratio est, quia in his casibus Liberi ad Matrimonium jure naturali obligantur, ad cujus obligationem implendam ita compelli à parentibus possunt. Perez D. 17. de Matr. sect. 27. n. 6.

87 Controversia solum est, an extra hos vel similes casus Liberi graviter obligentur ad contrahenda Matrimonia, quæ contrahi ab ipsis parentes volunt? Affirmant Alex. de Nevo in c. tua h. tit. n. 13. Sot. in 4. dist. 29. q. 1. art. 4. concl. 3. Navar. Man. c. 14. n. 15. Bellarm. l. 1. de Matr. c. 19. Gutier. de Matr. c. 79. n. 14. Fagnan. in c. tua cit. n. 14. § 15. Moventur 1. textu c. tua cit. ubi Hormisdas Pontifex ita rescribit: Potest autem filium nondum adultum (voluntas cujus discerni non potest) pater cui vult, Matrimonio tradere; § postquam filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere. 2. l. sed que patris 12. ff. de Sponsal. ubi Ulpianus, Tunc autem, inquit, solum dissentendi à patre licentia filia conceditur, si indignum moribus, vel turpem Sponsam ei pater eligat. 3. Liberi à parentibus permittuntur vendi l. fin. C. de patribus, qui filios Eccl. igitur ab iisdem etiam compelli poterunt ad contrahendas nuptias à se electas. 4. Non est Liberos, præcipue femina,

R

rum

rum, sub cura parentum existentium, quæ-
rere nuptias, sed id ad munus parentum
pertinet *can. aliter 1. caus. 30. q. 5. can. bo-
norantur 13. caus. 32. q. 2.*

88 Sed dicendum, extra casus relatos,
& ijs similes non posse Liberos Jure ad
stringi ad contrahendas nuptias, quas pa-
rentes volunt. Ita Ancharan. in *c. tua 1. h.
tit. n. 4.* Abb. *ibid. n. 7.* Alex. de Nevo *n.
13.* Sylv. *V. præceptum q. 2.* Tabien. *V.
Lex q. 28. n. 29.* Abulenti. in *1. Reg. 18. q.
24. Sot. in 4. dist. 27. art. 2. ad n. 1.* Henric.
l. 11. de Matr. c. 13. n. 13. Petr. de Ledesm.
de Matr. q. 43. art. 2. ad fin. Sanch. *l. 4. D.
23. n. 3.* Vivian. in *c. 1. cit. pr.* Fagnan. *ibid.
n. 6.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 12.*
König *de Sponsal. n. 9.* Wiestner *hic n. 27.*
Magnif. P. Schmier *p. 1. de Sponsal. c. 2. n.
41. & sumitur ex can. sufficit 2. caus. 27.
q. 1. c. veniens 13. de Sponsal. & c. cum vi-
rum 12. de Regular. ibi: Quia liberum habet
arbitrium, in electione propositi sequi parentum
non cogitur voluntatem.* Ratio est, quia
cum Matrimonium ob suam indissolubilita-
tem inducat perpetuam, multisque, & gra-
vibus oneribus, atque incommodis obno-
xiam societatem, consentaneum est, eam
potius propriâ, quam alienâ voluntate ini-
ri, ad evitandos tristes, & infelices exitus,
quibus coacta Matrimonia sæpe obnoxia sunt
*c. cum locum 14. & c. requisivit 17. de
Sponsal.*

89 Proceditque hoc, etsi Liberi adhuc
impuberes sint; nam licet pater pro filio
impubere contrahere Sponsalia possit, po-
nendo spem in ratificatione filij, quando
pervenerit ad debitum tempus, hujusmodi
tamen promissione patris nulla oritur obli-
gatio ipsi filio, nisi iste tacite, vel expres-
sè deinceps consentiat, prout patet ex *can. un. caus.
20. q. 2. ibi; Ubi non est consensus utriusque,
non est conjugium.* Ergo qui pueris dant puel-
las in cunabulis, & è converso, nihil faciunt,
nisi uterque puerorum, postquam venerit ad
annos discretionis, consentiat, etiamsi pater,
& mater hoc voluerint, & fecerint. *Conf.
ex c. un. §. fin. h. tit. in 6. ubi Bonifacius
VIII. dum statuit filios absentes obligari ex
Sponsalibus parentum, si eadem Sponsalia
post scientes ratificaverint, tacite, vel expres-
sè, non obscure innuit ijs, postquam sci-
verint, liberum esse ea ratificare, vel non
ratificare, adeoque non teneri iisdem ex
necessitate stare: quæ dispositio, si procedit,
quando Liberi sunt majores septennio,
procedit quoque, quando Sponsalia sunt
inita, ipsis inhabilibus ad contrahendum, &
consentiendum.*

90 Imò Parentes, si absque causa Li-
berorum Matrimonia impediant, & multò
magis, si eos ad certa Matrimonia invitos
cogant, graviter peccant, tum propter scan-
dalum, & malos exitus, qui ex invitis nup-
tiji sequuntur, tum etiam quòd Liberos pri-

vent jure suo, quod habent circa Statûs ele-
ctionem, An verò Parentes, sine causa le-
gitima impediens Matrimonium Libero-
rum, vel eosdem ad Matrimonia cogentes,
incidant in Excommunicationem, quam
tulit Trid. *sess. 24. c. 9. de reform. Matr.*
contra omnes impediens libertatem Matrimo-
nij, dubitari potest? Verius est non in-
cidere; quia Concilium tantum loquitur de
temporalibus Dominis, & Magistratibus, qui
ex vi Jurisdictionis, quam in foro externo
habent, subditos ad Matrimonia cogunt,
vel ab ijs impediunt; *conf. in materia odiosa,
& penali ad alias personas facienda
non est extensio, Gutier. l. 1. cau. qq. c. 29.
Engl. hic §. 2. n. 10.*

Neque obstant Argumenta opposita.
Ad 1. variz c. tua cit. apud DD. interpreta-
tiones ponuntur. Nam *Gloss. ibid. V. de-
bet.* Abb. *n. 7.* Sanch. *l. 4. de Matr. D.
23. n. 3.* Laym. *l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n.
12.* Fagnan. in *c. tua cit. n. 7.* Vallens. *hic
n. 4.* Engl. *ibid. §. 2. n. 3.* Schamb. *n. 11.* &
12. Pirh. *n. 17.* Reiffenstuel *de Sponsal. n. 5.*
Magnif. P. Schmier *p. 1. de Sponsal. c. 2. n. 46.*
& alij sat multi volunt verbo *Debet* solum in-
dicari debitum honestatis, ac decentiæ, non
præcepti. Tiraquell. in *l. si unquam 2. C. de
revocand. donat. & Barbof. in c. tua cit. n. 6.*
contendunt textum intelligendum de casu,
quo filius, cujus impuberis nomine pater
inijt Matrimonium, pubes factus non statim
contradixit; tunc enim silentio ratificasse
censebitur. *Canisius in c. cit. n. 27. & Gon-
zal. n. 6. ibid.* textum illum referunt ad Jus
Ecclesiæ antiquum, quod filio pubertatem
adepto non permittebat recessum ab hujus-
modi Sponsalibus sine justa causa. Wagne-
reck denique in *c. cit. V. omnino debet not.*
2. putat id intelligi debere de casu, quo
multum interest parentum, & familiæ, &
multo magis boni publici v. g. ad compen-
endas graves inimicitias, inter parentes, &
consanguineos, vel Principes; tunc enim te-
nebitur filius, qui alioquin statuit Matrimo-
nium inire, parentibus in hoc obedire ex
necessitate non tantum honestatis, sed præ-
cepti, non tamen valoris, ita ut Matrimo-
nium cum alia persona initum sit quidem
validum, iniens tamen graviter peccet. Ex
his responsionibus teneri qualibet potest,
maximè tres posteriores; nam prima vide-
tur nimium recedere à verbi *Debet* signifi-
catione propria, quam tamen indicat textus;
dicitur enim ibi, Matrimonium, quod filij
nomine pater contraxit, omnino implendum
à filio, quæ vox *Omnino* necessitatem ab-
solutam indicat.

Debiliora sunt tria argumenta reli-
qua. *Ad 2. Dico l. cit.* tanquam libertati
Matrimonij inimicam, per Jus Canoni-
cum correctam esse, juxta quod neque fi-
liam pater potest compellere invitam, ut
patet ex *c. cum locum 14. de Sponsal. Ad 3.
Vep.*

Venditio Liberorum imprimis non matri, sed patri tantum, & quidem huic solius videtur, non etiam alterius necessitatis causa permittitur à Jure Civili, ut in l. cit. notat Brunnem. u. 1. Quodsi hujusmodi necessitas patrem aut matrem premat, & illa non aliter quam filij Matrimonio propulsari possit, etiam ad Matrimonium ita contrahendum obligabitur filius ex virtute pietatis, cons. ad eam obligationem implendam moderata coactione ab ipsis parentibus compelli poterit, ut dictum est n. 27. Ad 4. Munus proprium parentum est filijs de nuptijs providere, sed his annuentibus, non autem ipsis contradicentibus.

93 Queritur 5. An propterea, quod parentibus invitis Matrimonium contrahant, ab istis Liberi exheredari possint? Affirmativam, spectato Jure Casareo, defendunt nonnulli apud Sanch. l. cit. n. 2. moti triplici textu istius Juris. 1. Auth. sed si post C. de inoffic. testam. ibi: Sed si post 25. annos, te differente filiam marito copulare, ea in suum corpus peccaverit, vel sine consensu tuo, marito se, libero tamen, copulaverit, eam exheredare non potes: ex quo per argumentum à sensu contrario inferunt, si ante 25. annos nubat sine patris consensu, eam exheredari posse. 2. l. non tantum §. S. si emancipatus §. ff. de honor. possess. contra tabul. ibi: Nam §. si tam ignominiosam duxerit uxorem filius, ut delectori sit tam ipsi, quam patri mulierem talem habere, dicemus, §. ex ea natum ad bonorum possessionem avi admitti, cum possit avus jure suo uti, eamque exheredare, 3. Novell. 115. c. 3. §. causas, ubi una ex causis, ob quam filius exheredari potest, numeratur, si gravem, & inhonestam injuriam patri intulerit. At talem infert, si filius, aut filia cum indigno contrahat; inducit enim odium capitale, teste Baldo in omnem C. ad S. C. Tertull.

94 Sed distinguendum est, an filius, an verò filia hujusmodi Matrimonium contrahat. Ut Filia, Casareo Jure spectato, propterea exheredari possit, tres conditiones debent concurrere. 1. Ut parentes velint eam Matrimonio collocare, & dotem secundum vires suæ substantiæ tradere. 2. Ut filia Matrimonio illi repugnet, & simul luxuriosam vitam eligat. 3. Ut sit minor 25. annis; nam hæ conditiones expressè requiruntur Novell. 115. cit. c. 3. §. 11. Contra Filium, etiamsi renitentibus parentibus Matrimonium ineat, luxuriosæque vivat, propterea exheredari nequit; quia Novell. cit. de sola filia meminit; & cum res sit odiosa, multoque gravius delictum in femina, non extendi debet ad filium. Gloss. in c. Quintavallis V. exheredare de Jurejur. Alex. de Nevo in c. 1. h. tit. n. 9. Sylv. V. hereditas 2. q. 2. Sanch. l. 4. de Matr. D. 24. n. 3. §. seqq.

R. P. Schmalzgrueber L. IV.

Porro sicut Pater filio, contra suam voluntatem contrahenti nuptias, non potest subtrahere hæreditatem, & multò minus alimenta, ita etiam filia sine suo consensu nubenti, si cæteræ duæ conditiones ex n. præc. positæ absint, debet constituere dotem; quia Dos succedit in locum alimentorum, sub hac tamen moderatione, ut si filia indigno, & vilioris conditionis nupserit, non teneatur pater dotem dare juxta conditionem, & statum filia, sed sufficiat, si det juxta conditionem mariti; quia uxor sequitur conditionem mariti, sive deinde maritus fuerit dignior, sive vilior l. fin. C. de incol. adeoque sufficit eam secundum conditionem mariti alimentare. Engl. hic §. 2. n. 10.

Neque contrarium probant textus alii lat. n. 93. Ad 1. Lex illa solum intendit exheredari posse filiam, quæ invitis parentibus post annum 25. nubuit mancipio: & hoc sumitur per argumentum à sensu contrario ex l. cit. Ad 2. Lex illa per Novell. 115. cit. correctæ est, ubi deciditur, propter nullas alias causas, quàm quæ ibi expressæ sunt, filiam, aut filium exheredari posse. Non est autem expressa, si Matrimonium contrahant invitis parentibus. Ad 3. Sanch. D. 24. cit. n. 12. sequens Molin. tr. 2. de Jus. D. 176. n. 2. id intelligit de injuria per se, & directè illata parentibus, qualis est contumelia gravis verborum, aut in patris ignominiam cornua pro foribus illi appendere, vel alia similis: secus de injuria per accidens, ac indirectè, & præter filij intentionem illata, qualis est invitis parentibus ignominiosam uxorem ducere. Major difficultas est, quando

Queritur 6. Utrum Jure speciali Liberi exheredari, & dote privari possint, si spreto, aut non requisito ipsorum consilio, & contra rationabilem illorum voluntatem, Matrimonia cum personis indignis, i. e. vilibus, & turpitudine vitæ laborantibus ineunt? Ita quidem teste Molin. l. cit. n. 19. statuitur per Leges Lusitanas, per quas, si filia ante 25. suæ ætatis annum fornicetur cum aliquo, aut nubat sine consensu patris, aut matris, ipso facto exheredata, ac exclusa manet ab omnibus bonis patris, aut matris, etiamsi à parentibus non exheredetur. Simile quid constitutum est Legibus Castellanis, & Valentinis, ac Jure etiam nostro Provinciali Bavarico Land-Recht tit. 4. art. 9. §. wurde aber / & practicer in pluribus alijs Provincijs.

Punctum difficultatis in eo est, utrum Leges, & Statuta ejusmodi, quæ ob hanc causam aut hæreditate privant, aut exheredari permittunt Liberos à Parentibus, justæ sint? Negant Abb. in c. de Francia 1. de Sponsal. n. 8. Alex. de Nevo ibid. à n. 23. Sylv. V. Lex q. 15. & V. Matrimonium 2. q. 2. Navar. Man. c. 14. n. 15. Clar. pract. q. 82. statut. 3. V. sed nunquid. Covar. p. 2. de Sponsal.

Q 2

c. 2.

c. 3. §. 2. n. 5. Henric. l. 11. c. 6. n. 2. fin. Philarc. de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. l. 4. c. 2. Sanch. l. 4. de matr. D. 25. n. 2. Vasq. D. 4. de matr. c. 2. n. 14. Gobat. Experient. tr. 10. n. 109. juxta quos secundum ejusmodi Leges, & Statuta facta exhereditatio, vel dotis privatio omnino est irrita.

99 Fundantur 1. quia ejusmodi Statuta Politica, & in ipsis fundatus exhereditationis, & dotis jacturæ metus multum diminuit libertatem Matrimonij, quam tamen maximam voluerunt SS. Canones c. Gemma 29. de Sponsal. 2. Ecclesia assistit Matrimonij liberorum, cum quacunque etiam persona indigna contrahant, eaque contracta rata habet, ac tuetur. Non potest autem Lex Civilis, vel Statutum merè Politicum improbare, quod probat Ecclesia. 3. Cujus in aliqua materia, & causa aliquis non fortitur forum, illius etiam statutis, materiam, vel causam illam concernentibus, non afficitur, ut arg. c. fin. de Constit. in 6. Regula instar tradunt Joan. Andr. in c. 13. qui fil. legit. Socin. l. 4. Consil. 79. n. 9. Fagnan. in c. utrum 1. de Cognat. Spirit. n. 12. atqui de causis Matrimonialibus, judicialiter cognoscere, & pronuntiare non potest secularis potestas. Ergo neque Leges, aut Statuta condere, quæ causas Matrimoniales concernunt.

100 Sed his non obstantibus, tenenda est affirmativa sententia, quam etiam defendunt Bald. in c. 10. de sent. & rejudic. in fin. Cajetan. in sum. V. Excommunicatio. Sot. in 4. dist. 29. q. 1. art. 4. ad 4. Tholof. l. 9. synt. c. 3. n. 21. Barth. Ledesm. de Matr. dub. 42. Petr. Barbof. in l. 1. ff. solut. Matr. p. 4. n. 36. Azor p. 2. l. 2. q. 9. Molin. tr. 2. D. 176. n. 22. Rebell. de oblig. Just. p. 2. q. 14. sect. 3. Pont. l. 2. de Matr. c. 1. n. 29. Laym. l. 5. tr. 10. p. 1. c. 1. n. 15. §. dicendum tertio. Pal. tr. 28. D. 2. p. 12. n. 14. Perez D. 17. de Matr. sect. 17. n. 19. Zoel. tit. de Sponsal. n. 85. Engi hic §. 2. n. 9. Wiestner ibid. n. 41. & firmat praxim multarum, ut dixi, Provinciarum, scientibus, & non contradicentibus Magistratibus Ecclesiasticis, qui tamen Statuta ejusmodi deberent tollere, si injusta, & invalida forent.

101 Offenditur 1. Quia hujusmodi Statutis & Legibus magna affertur utilitas Reipublicæ; nam illius interest Nobiles, & honestas familias indignis connubijs non maculari, juxta parentum consilia non contemni, tolli occasiones odiorum, & discordiarum, aliorumque minimè levium incommodorum, quæ ex ejusmodi nuptijs ita temere contractis sæpe oriuntur: quæ omnia tolluntur

per Leges prædictas. Igitur nisi istæ aliunde repugnent, omnino juxta sunt: non apparet autem, ex quo capite repugnent, cum injuriam nullam inferant Sacramento Matrimonij, utpote quod invitis parentibus contractum adhuc valet.

2. A pari: nam plerique concedunt juxta apponi à Fundatoribus certas condiciones Majoratibus, & Primogenituris, quibus istorum incapaces redduntur Descendentes, si nubant infectis Judæorum, aut Saracenorum sanguine, aut alijs vilibus, infamibus, imò etiam imparibus personis. Atqui hæc condiciones sunt ijs, de quibus sermo est, Statutis simillimæ. 3. Actibus illicitis, & qui Jure Divino, & naturali prohibiti sunt, pœnam imponere Magistratus etiam Sæcularis potest, licet de ijs statuere prohibendo, vel irritando non possit. Atqui Matrimonia, quæ à Liberis contra justam Parentum voluntatem in familiæ probrum cum personis indignis contrahuntur, illicita, & prohibita sunt Jure Ecclesiastico arg. can. aliter, & can. nosstrates citat. imò Divino, & Naturali, quibus Juribus obligantur Liberi, ne in re gravi, præsertim Statum, & familiam concernente, juxta parentum voluntati adversentur, ut nemo inficias ibit, ergo &c.

Argumenta in contrarium allata non evincunt intentum. Ad 1. His Statutis non tam libertas Liberorum, quam inconsultus, & temerarius libertatis abusus restringitur; nam Statuta illa non impediunt, quò minus liberè ducant, aut nubant dignis, & quibus nuptiali fœdere jungi honestè, & sine scandalo, aut familiæ probro possunt, ut alijs relatis notat Felin. in c. 1. de Sponsal. n. 20. Ad 2. Neque Ecclesia ita probat Matrimonia hujusmodi, ut à peccato illa excuset, neque Leges Civiles illa improbant, ut censeant esse invalida: probant ergo hujusmodi Leges, & Statuta valorem, non probant modum contrahendi parentibus invitis, ac propterea pœnam discernunt. Ad 3. Hujusmodi Legum conditores non vendicant sibi jus cognoscendi de causis Ecclesiasticis, sed solum plectunt abufum Libertatis, & Parentum contemptum, jam antè Jure naturali vetitum, idque non pœnæ corporis afflictivæ inflictione, aut alicujus Juris quæsitæ privatione, sed tantum ablatione liberalitatis à natura indebitæ cum liberis, naturali Jure spectato, debeantur sola alimenta, Hæreditas autem positivo, à quo proinde indignis denegari potest.